UVA. BHSC. IvR_118_1



UVA. BHSC. IyR_118_1









118

UVA. BHSC. IyR_118_1

UVA. BHSC. IyR_118_1

Logica Aristo. cum com. Auerro.

Habes hoc in Enchiridio cãdidiss. lector oia q̃ ad Aristotelis Logicẽ pertinent opera: cũ vniuersis opusculis que illis adnecti videntur. Ubi si diligenti studio inuestigaueris: qcquid obuium erit a mendo alienum iudicabis: de quorum Candore sequens pagella te certiorem faciet.

Uenundantur Lugduni apud Scipionẽ de Gabiano in vico mercuriali.

Cum gratia ⁊ priuilegio.

diole el licẽciado Gormez

Collegij D. Ambrij Vallisol. Societ. Jhesu

Es de la Libreria

USA. BASC. IyR_118_1



Abetis Studiosi in Enchiridij huius parte Quinq; Predicabilium Porphyrij libru: Aristotelisq; Predicamēta: ac Perihermenias: in quibus tanta vsi fuimus diligentia ⁊ cura. vt in Auerroe collato Arabico codice errorū duo millia castigauerimus. Et quum Posteriorum Primus quādoq; inuersus esset: ac Auerrois interpretatio male seiuncta haberetur. vt sepissime calces in sequentium frontibus disponi deberent: Nos greci Codicis fidem secuti: locorum ordines rebus aptissime collocauimus: qō in cōtextu. 18. 19. 20. 21. 22. vnicuiq; vestrum apertius: quam loqui possim: apparebit. Demum Fabri Stapulēsis auspicio freti: Topica: Elenchosq; non modo expolituimus: verumetiam inepta quecq; limationibus verbis: illustriora reddidimus. Quinetiam his assignauimus capitula iuxta sectionem ipsius Fabri: ac singulis capitibus rubricas concinnas apposuimus: ex qua quidem noua diuisione: sententie a sententijs et distinctiores ⁊ perfectiores habētur: (quod in hactenus impressis voluminibus minime legebatur) atq; illustrior: opulentioq; redditur disquirentibus intellectus. Descripta est etiam per margines antiqua capitulorum sectio: vt nihil in eis desit quod etiā audus lector: vel sperare: vel desyderare possit. Necq; absunt insuper ab his figurarum decores: reformationesue in quibus quantum euigilauerimus: fidissimi poteritis esse testes. Valete studiosi: nec prius frontem hanc collaudetis: cū recessum interiorem: an vera prefati simus: discutiatis

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ Liber Quinque predicabiliũ Porphyrij: cum Auer. Cordubẽsis exactissimis cõmentarijs: feliciter incipit.

¶ Prohemium ⁊ Cap. primum.

Cum sit necessariũ Chrisaori: ⁊ ad eã q̃ est apud arist. p̃dicamẽtoꝝ doctrinã nosse: q̃d sit genꝰ: quid dr̃ia: q̃d spẽs: q̃d ꝓpriũ: ⁊ q̃d accidens: et ad diffõnũ assignationẽ: ⁊ oĩa ad ea q̃ in diuisiõe ⁊ in demr̃atiõe sunt vtilia: exñte istaꝝ rerũ speculatiõe cõpẽdiosam tibi traditiõez faciẽs: tẽtabo breuiter velut introductionis mõ ea q̃ ab antiq̃s dicta sunt aggredi altioribꝰ qõnibꝰ abstinẽs: simpliciores ꝟo mediocriter cõiectãs. ¶ Mox de generibꝰ ⁊ spẽbꝰ illud q̃dẽ siue subsistãt: siue in solis nudis purisq̃ ĩtellectibꝰ posita sint: ⁊ siue subsistẽtia corꝑalia an incorꝑalia: et vtrũ seꝑata a sensibilibꝰ: an in sensibilibꝰ posita. ⁊ circa hec cõsistẽtia dicere recusabo. altissimũ. n. negocium est hmõi: ⁊ maioris egens inq̃sitionis. Illud vero quẽadmodũ de ipsius ac de ꝓpositis magis logice antiqui tractauerũt: ⁊ horum maxime peripathetici: tibi nũc tentabo monstrare. Cap. primũ.

Intentio in hac dictiõe est explanatio eiꝰ q̃d ꝯtinet liber Porphyrij in ĩtroductiõez ad sciam rõnalẽ: cũ currit cõsuetudo vt aperiant̃ libri logice in eo. ¶ D. ꝙ precessio in scia quid est genus: q̃d dr̃ia: q̃d spẽs: q̃d propriũ: ⁊ q̃d accidẽs est necessaria in disciplina libri p̃dicamẽtoꝝ ari. ¶ Et ipsa ẽt vtilis est in cõpositiõe diffõnũ: ⁊ in diuisione ⁊ in demonstratiõe. ¶ Et. d. illud ideo qꝛ diffõnes cõponunt̃ ex generibꝰ ⁊ dr̃ijs: ⁊ diuisio q̃dẽ est generũ ꝑ dr̃ias et demr̃atiões: Propõnũ ꝑtes sunt hec p̃dicamẽta q̃nq̃. ¶ D. ⁊ postq̃ hoc vidi vt ponã librũ abbreuiatũ in quo cõpilabo sciam q̃ est apud antiquos de his rebus sub breuitate ꝟm modũ introductionis p̃ter q̃d intendaz ad q̃sita nõ logicalia q̃ sunt in his rebus: sicut est inq̃sitio d̃ generibꝰ: ⁊ spẽbꝰ vtrũ sint inuẽta extra intellectũ: sicut ipsa sunt in intellectu: aut inuẽtio ipsoꝝ sit in intellectu tm̃. Et si sint inuẽta extra intellectũ sicut ipsa sunt in ipso: que inuẽtio sit eoꝝ inuẽtio vtrũ sint corꝑa vel nõ corpora: ⁊ si nõ sũt corpora vtrũ sint separata an nõ separata. Sed inquisitio ex his rebꝰ ẽ ex eo q̃d est inuentũ ex ꝑte qua ipsa sunt logicalia: ⁊ rememorabor ex hoc solũ rememoratiõe ꝟm cõsuetudinẽ peripatheticoꝝ.

¶ De Genere. Cap. scd̃m.

Videt̃ aũt neq̃ genꝰ neq̃ spẽs simpl̃r dici. Genꝰ. n. d̃r et aliquoꝝ quodãmõ se hñtiũ ad vnũ aliq̃d ⁊ ad se inuicẽ collectio: ꝟm quã significationẽ romanorũ dicitur genꝰ ab vnius. scilicet habitudĩe. Dico autez Romuli ⁊ multitudinis habentium aliquo modo adinuicem eam que ab illo est cognationẽ ꝟm distinctionẽ ab alijs generibus dictã Dicitur A

UVA. BHSC. IyR_118_1

aũt aliter rursus genus qđ est vniuscuiusq; gñationis principiũ: vel ab eo qui genuit: vel ab eo loco in quo quis genit⁹ est: sic em̃ Orestẽ quidẽ dicim⁹ a Tãtalo genus habere: Hylũ aũt ab Hercule: ⁊ rursus Pindarũ thebanũ esse genere: Platonẽ vero atheniensem. Etenim patria principiũ est vniuscuiusq; gñatiõis: que admodũ ⁊ pater. Hec autẽ videt̃ ꝓpria esse significatio generis. Romani em̃ dicunt̃ q̃ ex genere descendũt Romuli. ⁊ Cecropide qui ex genere descendũt Cecropis ⁊ eorũ ꝓximi. Et quidẽ prius appellatũ est genus vniuscuiusq; gñationis principium: dehinc etiã multitudo eoꝝ qui sunt ab vno principio vt a Romulo. Nãq; diuidẽtes ⁊ ab alijs separãtes dicebam⁹ omnẽ illam collectio
B nem esse Romanoꝝ genus. Aliter autẽ rursus dicit̃ gen⁹ cui supponitur species ad hoꝝ fortasse similitudinẽ dictũ est. Etem̃ principium quoddã est hmõi genus earũ q̃ sub ipso sunt specierũ. videtur autẽ multitudinẽ cõtinere omniũ q̃ sub eo sunt specieruz. Tripliciter igitur cum genus dicat̃ de tertio apud ph̃os sermo est. qđ etiã describẽtes assignauerũt dicẽtes: genus esse quod de pluribus differentib⁹ specie in eo qđ quid sit predicat̃: vt animal. Eorum enim que predicãtur: alia quidẽ de vno dicuntur solo: sicut indiuidua sunt: sicut. Sor. ⁊ h̃ hec ⁊ hoc. Alia de plurib⁹ quẽadmodũ genera ⁊ species ⁊ differẽtia ⁊ ꝓpria ⁊ accidẽtia cõmuniter: sed nõ ꝓprie alicui. Est autẽ genus vt aĩal: spẽs vero vt homo: differẽtia vt rationale: ꝓpriũ vt risibile: accidens vt albũ ni-
C grum sedere. Ab his igitur que de vno predicãt̃ differunt genera eo ꝙ de pluribus predicãtur. ab his vero que de pluribus predicantur: differt genus: a speciebus quidẽ primũ: quoniã species etsi de pluribus predicãtur: nõ tamen de differentib⁹ specie sed numero solum: homo em̃ cum sit species de Sor. ⁊ de Plato. predicatur que nõ specie a seinuicẽ differunt: sed numero solum. Animal vero cum sit genus de homine equo ⁊ boue predicatur que differunt a seinuicẽ specie: nõ numero solum. a ꝓprio vero differt genus: quoniã ꝓpriũ de vna sola specie cuius est ꝓpriũ predicatur: ⁊ de his que sub vna specie sunt indiuiduis: quẽadmodũ de homine risibile solo: ⁊ de particularibus hominibus. Genus autẽ nõ de vna specie p̃dicat̃: sed de plurib⁹ ⁊ differẽtib⁹. a differẽtia etiã ⁊ ab his que cõiter sunt accidentia differt genus: quoniã etsi de pluribus ⁊ differentibus specie differẽtia ⁊ cõmuniter accidẽtia predicentur: nõ tamẽ in eo qđ quid sit dicimus predicari: sed
D potius in quale. Interrogantibus em̃ quale quid est homo: dicimus ꝙ rationalis. ⁊ qualis est coruus: dicimus ꝙ niger est. Est autẽ rationale differentia: nigrum vero accidens. Quando autẽ quid est homo interrogatur: animal respõdemus: est autẽ genus hominis animal. Quare de pluribus predicari diuidit genus ab

UVA. BHSC. IyR_118_1

his que vno solo dicuntur sicut indiuidua. de differentibus vero specie separat genus ab his que sicut species predicantur vel sicut propria. In eo autē quod quid sit predicari diuidit ipsum a differentijs: ⁊ cōmuniter accidentibus que non in eo quod quid est predicantur: sed magis in eo quod quale quid vel quomodo se habet. Nihil igitur neq; superfluum neq; minus continet generis dicta descriptio intellectus.

¶De Genere. Cap. 2. E

Dixit. Et genus ⁊ species nō dicūtur sil'r de intētione vna. Cū genus dicit̄ supra de trib⁹ intētionib⁹. ¶Quarum vna est cōgregatio relata patri vno: sicut dicit̄ gen⁹ arabū ⁊ gen⁹ adā: pp ꝯparation[illegible] ad arab ⁊ ad addā. ¶Et scd̄a est principiū proportionis [illegible] fuerit pater aut locus. ⁊ de his nō agitur: sicut dicit̄ adā esse genus hominū: ⁊ hispaniam esse genus hispanorū. ¶Et tertia est de qua agitur in hac arte: ⁊ illa est cui subijcit̄ species: ⁊ transtulerūt quidā huic intētioni nomen generis famosiores hui⁹ artis pp cōparationē ipsorū ad illas duas intētiones notas apud vulgū: qm̄ illud gen⁹ est principiū specieb⁹ q̄ sunt sub eo: sicut pr̄ ⁊ locus sunt principiū ꝓportionis: ⁊ est etiā cōtinēs multitudinē. sicut cōp̄hēdit gen⁹ relatū ad patrē vnū multitudinē q̄ ē sub eo. ¶D. ⁊ hāc itētionē tertiā q̄ est illa d̄ qua h̄ dicit̄. significauerūt antiq̄ p hoc qd̄ dixerūt. ꝙ genus p̄dicat̄ de multis differētijs in spē ex via q̄d est: sicut aīal p̄dicatur de equo: asino: ⁊ hoīe ex via q̄d est vnūqd̄q; ipsorū. i. rn̄det̄ de vnoquoq; ipsorū ad qōnē factā p q̄d est. sicut si q̄rat̄ q̄d est equus ⁊ q̄d est asin⁹: rn̄det̄ nāq; ꝙ aīal: ⁊ qd̄ hō: ⁊ equus: ⁊ asinus sunt multa dr̄ia in spē. ¶D. ⁊ est quidē ꝙ gen⁹ p̄dicat̄ de plurib⁹ ꝓpterea: q: rerū p̄dictarū quedā p̄dicant̄ de vno ⁊ sunt predicata singularia: ⁊ quedā p̄dicant̄ de plurib⁹ numero q̄ sunt genera ⁊ spēs ⁊ differētie: ⁊ ꝓpria ⁊ accidētia que p̄dicant̄ de plurib⁹. nō que p̄dicant̄ de vno tantū. ¶Exēplū generis est animal qd̄ cōprehendit hoīem ⁊ alia. exēplū spēi est homo qui cōprehēdit Socra. ⁊ Plato. exēplū differētie: est rationale homini. exēplū ꝓprij receptibile scīe eidē. exēplū accidētis: statio: iclinatio: sessio. ¶D. ꝙ gen⁹ differt ab indiuiduis: eo ꝙ dicit̄ p̄dicari de plurib⁹: ⁊ differt etiā a reliq̄s quatuor p̄dicatis de plurib⁹. a specie q̄dē in eo ꝙ ipsa p̄dicat̄ de plurib⁹ differentib⁹ numero: sicut homo q̄ p̄dicatur de Sor. ⁊ Pla. q̄ differūt numero. Sed aīal qd̄ est genus hoī: p̄dicat̄ q̄dē de hoīe ⁊ equo differentib⁹ specie: ⁊ in hoc qd̄ dixit differt genus a specie vltima: ⁊ pp hoc est diffinitio generis vera ꝙ ipsum est cōius duorū vniuersalium: ī quib⁹ opz ꝙ rn̄deatur in rn̄sione q̄d est: sicut diffiniuit Albumazar Alpharabius. aut ꝙ est sub quo ordinat̄ species sicut diffiniuit ipse prius. F
¶D. ⁊ a proprio iam differt genus: q: ꝓpriū p̄dicatur de specie vna: et est species cuius est ꝓpriū: ⁊ de indiuiduis q̄ sunt sub illa specie: sicut receptibile scīe qd̄ p̄dicat̄ de hoīe tm̄: ⁊ de vnoquoq; singulari hoīe: sed genus p̄dicatur de specieb⁹ multis numero. ¶D. ⁊ differt genus a differentijs ⁊ accidentibus omnib⁹: p hoc qd̄ dicit̄ ꝙ p̄dicat̄ in eo qd̄ q̄d est: cū differētia ⁊ accidēs p̄dicent̄ de re cui⁹ est differētia: aut accidēs ex via qualis est: non q̄d est. Nā cū q̄ritur a nobis de hoīe quale aīal est: dicim⁹ ꝙ est rōnale. Et sil'r cū q̄rit̄ de coruo p quale: iā rn̄det̄ p accidēs ꝯn̄s ipsum. U.g. vt dicat̄ quale aīal est: ⁊ dicat̄ nigrū. ⁊ rōnale est dr̄ia: ⁊ nigrū accidēs: sed in rn̄sione quid est rn̄det̄ gen⁹: sicut si q̄reret̄ de hoīe q̄d est: rn̄det̄ aīal. Per hoc ergo ꝙ accipitur in diffinitione gn̄is ꝙ ipsum est p̄dicatuz de plurib⁹ separat̄ a rebus

UVA. BHSC. IyR_118_1

ptcularib⁹.z p hoc q dicit in ea differētib⁹ spē:separat a spē z ppio:z q hoc q dicit in eo qđ qđ est:nō ex via qualis est separat a differētijs z accīti bus. Jamq; significatū est sup hoc q hui⁹ designatio gñis:neq; supfluuz: neq; diminutū cōtinet:licet dixerimus in quibus continet diminutionem.

¶De Specie. Cap. tertium.

A Species autem dicitur quidem z in vniuscuiusq; forma: ſm quam dictum est. Priami quidem species digna est imperio. Dicatur autem species z ea que est sub assignato genere ſm quam solemus dicere hominem quidem speciem animalis: cum sit genus animal: album autem coloris speciem:triangulum vero figure speciem. ¶Quod si etiā genus assignantes speciei meminimus dicentes: q; de pluribus z differentibus specie in eo quod quid sit predicatur:z speciem dicimus id quod sub genere est. Posse oportet qñ quia genus z alicuius est genus:z species alicuius est species vtriusq;.idcirco necesse est z in vtrorumq; rationibus vtriusq; vti. Assignant ergo z sic speciem. Species est que sub genere ponitur: z de qua genus in eo q; quid sit predicatur. Amplius autem sic quoq;:species est que de pluribus differentibus numero tantū in eo quod quid sit predicatur.sed hec quidem assignatio specialissime est: z que solum species est:alie vero esse possent z non specialissimarum. Planuz
B autem erit quod dicitur hoc modo in vnoquoq; predicamento sunt quedam generalissima:z rursus alia specialissima:z inter generalissima z specialissima sunt alia que z genera z species dicūtur eadē. Est autē gñalissimum quidē supra qō nō est aliud superueniens genus. Specialissimū autē post qō non est alia inferior species. Inter generalissimū autē z specialissimū alia que z genera z species sunt eadē:ad aliud quidē z ad aliud sumpta. Sit autem manifestū in vno predicamēto qō dicitur:substātia est quidē z ipsa genus: sub substātia autē est corpus:sub corpore animatum corpus:sub quo aīal:sub animali vero rationale animal:sub quo homo:sub homine vero Socra.z Plato:z qui sunt particulares hoīes:sed horum substātia quidē generalissimū est: eo q; genus sit solum:homo vero specialissimū eo q; solū species sit:corp⁹ vero species est substātie:genus vero corporis animati: z animatū corpus:species quidē est corporis:genus vero animalis:animal vero species quidē est corporis aīati:genus vero aīalis rationalis:sed rationale aīal species quidē est aīalis: genus autē hoīs: homo vero species est rationalis aīalis:non autē genus particulartum hoīum:sed solū species.z omne qō ante indiuidua contigue predicat:species erit solū:nō autē genus. Quēadmodū igit
C substātia que cū suprema sit eo q; nihil ante eā sit genus est gñalissimū: sic z homo cū sit species post quā non species:neq; aliud eoz que possunt diuidi in species:sed solū indiuidua:in diuiduū

UVA. BHSC. IyR_118_1

enim dicitur Socra.a Plato:z hoc albū species erit sola z vltima species:z vt dictum est specialissima. Que vero sunt in medio eorum quidē que supra ipsa sunt species erūt:eorū vero que est post ipsa genera sunt. Quare hec quidem duas hñt habitudines: illā que est ad superiora:ꝑm quam species dicuntur esse ipsorum:z eā que est ad posteriora:ꝑm quā genera ipsorum esse dicuntur. Extrema vero habēt vnam habitudinem. Nam z generalissimum ad ea que posteriora sunt habet habitudinem:cum genus sit omniū id quod est suprēmum:eam vero que estad superiora nō hz:cum sit suprēmum z principium primū. Specialissimū aūt vnam habet habitudinē eam que est ad superiora:quorum est species:eam vero que est ad posteriora non aliam habitudinem habet:sed individuorum species:dicitur species quidem individuorum velut ea continens:species vero superiorum velut ea que ab illis continetur. Determinant autem generalissimum ita q̄ cum genus sit nō est species. Et rursus supra quod non est aliud suprauenies genus. Specialissimum vero quod cum sit species non est genus:et quod cum sit species nunq̄ diuiditur in species:et quod de pluribus differentibus numero in eo quod quid sit predicatur. Ea vero que sunt in medio extremorum subalterna vocantur et genera et species: et vnumquodq̄ eorum species esse potest:et genus ad aliud quidem:et ad aliud sumpta. Ea vero que sunt ante specialissima vsq̄ ad generalissimum ascendentia: et genera dicuntur:et species: et subalterna genera:vt Agamennon Atrides: et Pelopides Tantalides: et vltimum Iouis. sed in genealogijs quidem plerumq̄ reducuntur ad vnum principium. Verbi gratia:ad iouem vt plurimum. In generibus autem z speciebus non sic se hꝫbet:neq̄ enim vnum commune genus omnium est ens:nec omnia eiusdem generis sunt ꝑm vnū suprēmū genus quēadmodū dicit Arist. sz sunt posita quēadmodū dictū est in p̄dicamētis prima decem genera quasi decē prima principia:vel si oia quis entia vocet eq̄uoce inquit nūcupabit:nō vniuoce:si enim esset vnū cōe oium genus ens vniuoce etiā dicerent oia:cum vero sint decē prima cōitas ꝑm nomen est solū non etiā ꝑm diffōnis rationem que secundum nomen est:decem quidē generalissima sunt:specialissima vero in numero quidē quodā sunt:non tamē indefinito. Individua autem que sunt post specialissima infinita sunt:quapropter vsq̄ ad specialissima a generalissimis descendē tē iubebat Plato q̄escere. Descēdere aūt p media diuidētes specificis differentijs. Infinita vero inq̄t relinquēda sunt:neq̄ em eorū posse fieri disciplinā. Descēdētibus igit ad specialissima necesse est diuidētē p multitudinē ire. Ascēdētibus vero ad gñalissima necesse est colligere multitudinē in vnū. Collectiuū ei multoꝝ in

UVA. BHSC. IyR_118_1

vnā naturā species est: ⁊ magis id qđ est genus: particularia ꝟo ⁊ singularia ecōtrario in multitudinē semp diuidunt qđ vnum est: Participatione em̄ speciei plures hoīes sunt vnus hō: in particularib⁹ autē vnus hō ⁊ cōis plures: diuisiuū em̄ est semp qđ singulare est. collectiuū aūt ⁊ adunatiuū qđ cōe est. Assignato aūt gn̄e
h ⁊ specie qđ quid sit vtrūq; ⁊ genere quidē vno: specieb⁹ ꝟo pluribus: semp em̄ diuisio generis in species plures est. genus quidez semp de specieb⁹ predicat̄: ⁊ oīa superiora de inferiorib⁹: species autē neq; de proximo sibi gn̄e: neq; de superiorib⁹: neq; em̄ cōuertitur. Oportet. n. aut equa de eq̄s predicari: vt hinnibile de equo: aut maiora de minorib⁹: vt aīal de hoīe: minora ꝟo de maioribus
i minime: nec em̄ aīal diceres esse hoīem: quēadmodū diceres hominē aīal. ¶ De quib⁹ aūt spēs p̄dicat̄: de his necessario ⁊ speciei genus predicat̄: ⁊ generis genus: vsq; ad generalissima. Si enim verū est dicere Socratē hominē: hominē aūt aīal: aīal ꝟo substātiā: verū est Socratē ⁊ aīal dicere atq; substātiā. Cū semp enim superiora de inferiorib⁹ predicant̄. ⁊ species quidē de indiuiduis predicabit̄: genus aūt ⁊ de specie ⁊ de indiuiduo: generalissimum autē ⁊ de genere ⁊ de generib⁹: si plura sunt media ⁊ subalterna: ⁊ de specie: ⁊ de indiuiduis. Dicit̄ em̄ generalissimū quidē de oīb⁹ sub se positis generib⁹ ⁊ de specieb⁹ ⁊ indiuiduis. Genus autem qđ ante specialissimū est de oībus specialissimis: ⁊ de indiuiduis: qđ solū aūt spēs de oībus indiuiduis. Indiuiduū autē predicat̄ de vno solo particulari. Indiuiduū aūt đr Socra. ⁊ hoc album. ⁊
l hoc veniēs: ⁊ Sophronisci filius: si solus sit ei Socra. filius. Indiuidua aūt dicunt̄ hmōi qm̄ ex ꝓprietatib⁹ cōsistit vnūquodq; eoꝝ: quare collectio nunq̄ in alio aliquo eadē erit. Socra. enim ꝓprietates nunq̄ in aliquo erūt particularium. He ꝟo q̄ sunt hominis ꝓprietates (dico aūt eius qui est cōis) erūt eedē in plurib⁹: magis autē ⁊ in oīb⁹ particularibus hoībus in eo ꝙ hoīes sunt. Cōtinet̄ igit̄ indiuiduum quidē sub specie: species autē sub gn̄e: totū em̄ quiddā est genus. Indiuiduum autē pars: species vero ⁊ totum ⁊ pars est: sed pars q̄dē alterius: totum ꝟo non alterius: sed in alijs. In partib⁹ em̄ totum: sed pars q̄dē alterius: totuz ꝟo nō est. De gn̄e quidē ⁊ specie: ⁊ quid sit generalissimum: ⁊ q̄d specialissimum: ⁊ q̄ gn̄a eadē ⁊ species sunt: ⁊ q̄ indiuidua: ⁊ quot modis genus ⁊ species đr: sufficienter dictum est.

¶ De specie. Capitulum Tertium.

m Species dicitur de duabus intentionib⁹. Una est forma rerū ꝑm quam đr. species priami digna est imperio. ¶ Et intentio scđa de qua est hec intentio: ⁊ est vniuersale quod subijcitur generi. Qđ ante diffinitū est: qđ est magis ꝓpriū q̄ ip̄z: sicut đr hō est species aīalis. ⁊ aīal genus eius: ⁊ sil'r ꝙ albū est species coloris: ⁊ color est genus albi. ¶ O. ⁊ non est contra nos: ꝙ nos diffinimus genus cū posuimus in diffinitione eius speciem cū diximus de pluribus pre-

UVA. BHSC. IyR_118_1

dicari differētibus specie: ⁊ cū diffinimus speciem dixim⁹: species est id
qđ subijcitur generi ⁊ ordinat sub eo: qm vnūquodq; ipsoꝝ dr in relatione
ad suum compar. ⁊ de proprietate relatiuoꝝ est q vnūquodq; recipiat in
diffinitione sui comparis: preter qđ accidat ei impossibile. ¶ Jam designā-
tur species per hoc qđ predicatur de pluribus differentibus numero ex via
qđ quid est: nisi quia hic designatio cōprehendit speciem vltimā tm: q est
id qđ species tm: preter qđ sit genus. sed diffinitio prima cōprehendit oēs
species in qua dr q est ordinata sub genere ⁊ magis propria ipso: ⁊ opz vt
intelligatur ex hoc qđ dicit: q diffinitio vera generis in qua nō cōcat ei spe
cies media est qđ est vniuersale cōprehendēs spēs ⁊ ordinatū super ipsam
ex via quid est. ⁊ non diffinitio quā narrauit ante in illa: q: sicut dixim⁹ cō
municat cū eo species media: ⁊ cū vtrūq; generis ⁊ speciei dicatur in rela-
tione ad suū cōparē: sicut in vnoquoq; predicatorum sunt: quoꝝ quedā
intrat sub alio: ⁊ est manifestū q in vnoquoq; ipsoꝝ sunt vniuersalia q̄ di-
cūtur esse genera ⁊ species: genera in cōparatione ad sua inferiora: ⁊ spēs
in cōparatione ad sua superiora: ⁊ ipsa sunt vniuersalia medis q̄ sunt inter
vniuersale primum ⁊ vltimum inuentoꝝ in eodē predicamēto: ⁊ q primuꝫ
vniuersale dr genus generū: cū nō inueniatur genus supra ipsum in cōpa-
ratione cuius dicatur species. ⁊ vniuersale vltimū dr in eo q sit species: spe
cierū: cū nō inueniat vniuersale sub eo in cōparatione cuius nominet ge-
nus: sed illa q̄ sunt inter ea dicūtur genera ⁊ species ꝓpter duas habitudi-
nes. V. g. in predicamento substātie Substantia quidē est genus: ⁊ sub ipsa
est corpus: ⁊ sub corpore animatum corpus: ⁊ sub animato corpore animal: ⁊ sub ani
mali rōnale: ⁊ sub rōnali homo: ⁊ sub hoīe Socr. ⁊ Plā. ⁊ alij, singulares ho-
mines: ⁊ substātia in hoc predicamento est genus generū: ⁊ hō est species
specierū: sed corpus quidē est species substātie: ⁊ genus corporis animalis: et
corpus animatum est species corporis: ⁊ genus animalis: ⁊ animal est species corpo-
ris animati ⁊ genus animalis rōnalis: ⁊ animal rōnale species est animalis ⁊ genus ho
minis: ⁊ homo est species animalis rōnalis: ⁊ nō est genus alicuius: cū predice
tur de particularibus hoībus. s. de individuis: ergo est species tm. ⁊ vniuer
sale quidem in summa nominatur genus in cōparatione ad sub̄inferius:
species in cōparatione ad suum superius: ⁊ vniuersale supremum: q⁊ inue-
nitur ei proportio vna tm: ⁊ est proportio ad suum inferius. est genus tm
⁊ vniuersale vltimum: quia non inuenitur ei nisi vna proportio. s. ad suum
superius est species tm: ⁊ media inter hec duo: quia inuenitur proportio
tiones eis: due sunt genera ⁊ species. ¶ Et oportet vt scias q substantia po
sita est in exemplo hoc pro genere generum ꝑm sniam q materia et forma
intrent predicamentū substantie: ⁊ substātie separate. Et silr ponūt rōnale
genus hoīs ꝑm viam ⁊ sniam illius qui dicit. q rōnale est genus hominis ma esse ge
⁊ angeli. ¶ Uerū apud illū qui iubet q rō in vtroq; est ꝑm equiuocationez nus gñā
nominis non est genus. ⁊ silr ꝑm illū qui videt q id qđ intenditur in predi lissimū ꝑ
camentis est cōputatio vniuersalium rerum sensibiliū: erit genus generuꝫ dicamēti
in predicamento substātie corpus. ¶ Jamq; diffiniunt genus generum in sbe non
hoc q genus est: ⁊ non est species ⁊ diffinitur per ipsum: ⁊ hoc quia ipsum sbam. de
est non habens genus supra se: ⁊ diffinitur species specierū: que cū sit spe- hoc vide
cies nō est genus: aut que est species indiuisibilis in species: ⁊ que predica 2.ce.com.
tur de pluribus differentibus numero ex via qđ quid est vt dictum est. Et 49. vide
media quidem sunt genera ⁊ species: genera in comparatione ad suū infe- cām. 12.
rius: species in comparatione ad suum superius: ⁊ non accidit in omnibus me.t.c.2.
generibus inuentorum sicut accidit in generibus parentele: qđ est. quia ge
nera parētele ascendunt omnia ad patrem vnum: sicut adiabri ⁊ arabibet:

De ꝓpīe tate relati uoꝝ est q vnūqđq; recipiat i diffinitio ne sui cō- paris. Jō 9.me.t cō. 11.t.6.to- pi.ca.5.et 14.

Digressio q ostēdit corpus cō positū ex mā ⁊ for-

UVA. BHSC. IyR_118_1

ꝛ nō eleuanꝫ genera inuētoꝝ ad suū vl̄e cōe ipsis oib⁹:qm̄ ens inuētū nō est oib⁹ genus:nec inuenit genus ad qō eleuenꝫ oia genera post ipm :sed oia genera ascēdūt ad decē gn̄a post que sunt ad decē predicamēta:ipsoꝝ q̄dā non sunt sup̄ quib⁹ nec inuenitur p̄dicamētū ꝛ ptnēs ipsa :ꝛ illud est: qz nomē inuenictis ipsis est dictū per cōitatē nois:aut per modū modoꝝ cōsecutiōis nō vniuoce:ꝛ si esset inuentum eis cōe:esset nomē inuenti dcm̄ de eis vniuoce.igit cū sint decē genera prima cōitas inter ea est in dictiōe inuēti tm̄:nō in diffōne:genera generū m̄ hoc erūt decē:sed spēs spērū q̄ dem sunt multe:sed cōprehēse neq; sunt infinite:ſz singularia in que diuidunt spēs sunt infinita:ꝛ iō nō cōprehendunt per dr̄as quibus diuidunt spēs vltime:qz iste dr̄e sunt infinite:ꝛ qō est infinitū nō ꝓprehēdit in scia. ¶ Et qn̄ descendimus per diuisionem per gn̄a generū in spēs spērū inuenimus quidem in hoc opere vt reducamus vnū in multa.ꝛ cū ascendim⁹ ad genera generum inuenimus in hoc opere vt aggregem⁹ multa ī vnū: quod est:qz ꝯto magis ascēdit genus est minus notificās ꝛ magis aggregans ea que sunt sub eo:ꝛ quanto magis descenditur est magis notificās ꝛ minus aggregans:ꝛ in vtroq; eorum est aggregatiuum.ſ.genus:ꝛ spēs: sed genus magis aggregat ꝛ spēs minus . ¶ Sed rōnes quidem indiuidue sunt econtrario generis ꝛ spēi.ſ.q; separant absq; eo q; aggregēt:q; ē: qz semper diuidunt spēm sicut est diuisio hois in Sor.ꝛ Plato.ꝛ singularia semper diuidunt ꝛ vl̄is aggregant.ſz qz iam narrauimus quid spēs et qd genus.ꝛ quod est vnū gen⁹ spēbus multis:qm̄ gen⁹ diuidit in spēs m̄tas:ꝛ q; gn̄is predicatio semp verificat de spē:ꝛ sic genus generum:ꝛ vl̄ omne qō est supra p̄dicat de eo quod est subtus cū sit cōius ipso:sed spēs quidem non predicatur de genere ꝓpinquo:neq; remoto.ſ.p̄dicatione vl̄i qz non conuertitur in predicatione:qm̄ res que p̄dicanꝫ de rebus:aut sūt equales illis rebus: de quibus predicātur aut cōiores ipsis:ꝛ equales cō uertuntur in predicatione:sicut dr̄ois equ⁹ est hinnibilis:ꝛ oē hinnibile ē equus.Sed q̄ sunt cōiores nō conuertunt in p̄dicatiōe sicut est gn̄is de spē: et spēi de indiuiduis:sicut aīal qō est cōius q̄s hō:qm̄ verū q; ois homo ē animal.ꝛ non conuertit:ꝛ res de qb⁹ p̄dicat spēs de ipsis p̄dicat gen⁹ illius spēi necessario:ꝛ genus illi⁹ gn̄is donec finiat p̄dicatio apō gen⁹ generū. vt si dicat.ſor.est homo.verificat de eo gen⁹ aīalis:qō est:cor⁹ nutribile sensibile:cū hoc sit ita.Resergo alia cōis p̄dicat de eo qō est sub ea semper et ꝓpter hoc p̄dicat spēs de indiuiduis:ꝛ gen⁹ de spē:ꝛ gen⁹ generū p̄dicat q̄dē de vltima spē:ꝛ de indiuiduis ipsaꝝ:ꝛ spēs vltia q̄dē p̄dicat ō indiuiduis tm̄:ꝛ indiuiduū p̄dicatur de vno tm̄. ¶ Et hoc quod dixit: non verificat nisi in indiuiduis accidētiū:qz idiuidua sbe non p̄dicanꝫ de aliquo ꝑm cursum vl̄em:ꝛ iō hec assignatio est vera:q; indiuiduū nō p̄dicat de multis:nō q̄ est q; p̄dicat de vno sicut ipse assignauit. ¶ Dixit.ꝛ illō qō disponit per hoc q; est vnū:dicit indiuiduū:qm̄ constat ex ꝓprietatib⁹:q̄rū aggregatio nō est pot̄e inueniri eadē i corꝑe aliquo alio indiuiduo:qm̄ sūma ex qua ꝓstat sor.nō est pot̄e vt inueniat in aliquo alio ab eo:ſz ꝓprietates hois cōis inuenunt in plurib⁹ qui sunt singulares hoies:ꝛ ꝓp hoc p̄dicat de oibus indiuiduis hoim:ergo spēs ptinet indiuiduū ꝛ gen⁹ ptinet spēm.ꝛ gen⁹ est sic̄ totū:ꝛ indiuiduū est sic̄ partis:ꝛ spēs est sic̄ toti in respectu:ꝛ ē sic̄ parti irespectu:ꝛ ei⁹ sic̄ totū toti ē:qz ptinet indiuiduū:ꝛ parti qz gen⁹ cōtinet ipsam. ¶ Jam diximus quid est genus:ꝛ quid species:ꝛ quid genus generum:ꝛ quid species specierum:ꝛ que media:ꝛ q̄ sunt genera in respectu:ꝛ que species in respectu:ꝛ quid indiuidua:ꝛ quot modis dicitur genus ꝛ species.

de eternitō 4.me.9.2 ꝛ.5.me.13 ꝛ.14.ꝛ.10 me.2.8.ꝛ 12.me.19 ꝛ.20.21.7. me.cō.15. ꝛ.1.ph.13. ꝛ.3.me.cō men.10.

ꝓ Spēs specialissime sūt termiate:ſz indiuidua sūt infinita.

In idiuiduis accēs tūm̄ ꝓ vno solo p̄dicatur.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ De Differentia. Cap. iiij.

Differentia vero cōiter: ⁊ ꝓprie: ⁊ ꝓprijssime dicit. Cō- A
muniter quidē differre alterū ab altero dicit ꝙ alte
ritate quadā differt quocūq; modo vel ad seipsum
vel ad aliud. Differt em̄ Socra. a Pla. alteritate: et
ipse a seipso sene: vel iam puero existēte vel ⁊ viro:
vel iam ⁊ faciēte aliq̄d: vel quiescēte: ⁊ semp in ali-
quo modo habēdi se alteritatib⁹ ꝯtēplatur: ꝓprie aūt differre al
terū ab altero dr̄ qñ inseparabili accidēte alterū ab altero differat.
Inseparabile vero accidens est: vt nasi curuitas: glaucitas ocu-
lorꝝ: ⁊ cicatrix cū ex vulnere occalluerit. Proprijssime aūt alteruz
differre ab altero dicitur qñ specifica dr̄ia differt: quēadmodum B
hō ab equo specifica dr̄ia differt rōnali qualitate. Ulr ergo oīs
diffrētia alteratū facit cuilibet aduenīēs: sed ea q̄ est cōiter ⁊ pro
prie alteratū solum facit. Illa aūt q̄ est maxime ꝓprie aliud. Dif
ferētiarū vero alie quidē alteratū faciūt. alie vero aliud. Ille qui
dem igitur q̄ faciunt aliud: specifice vocātur: ille vero q̄ alteratuz
simplr dñr. Aīal em̄ ronalis differētia aduenīēs aliud facit: ⁊ spe
ciē animalis facit. Illa vero que est mouēdi alteratū facit solum a
quiescente. Quare hoc quidē aliud. Illa vero alteratū solum fa
cit. Secundū igitur aliud facientes differētias diuisiones fiunt a
generibus in species ⁊ diffōnes assignant q̄. s. sunt ex gñe ⁊ hmōi
differentijs. ꝟm aūt eas que solū alteratū faciunt alteratione so-
le ꝯsistunt: ⁊ aliquo modo se habendi ꝑmutationes a superiori-
bus rursus inchoāti dicendū est. differentiarū alias quidē esse se
parabiles. alias vero inseparabiles. Moueri enim ⁊ quiescere: ⁊ sa
num esse: ⁊ egrū: ⁊ quecunq; his proxima sunt separabilia sunt.
At vero aquilū esse vel simum vel rationale vel irrationale inse C
parabilia sunt. Inseparabiliū aūt alie quidē sunt ꝑ se: alie vero
ꝑ accidēs. Nam rationale ꝑ se inest homini: ⁊ mortale: ⁊ discipli
ne esse susceptibile. At vero aquilū esse vel simum per accidens
⁊ non per se. Ille igitur que ꝑ se insunt in rōne substātie acipiun
tur ⁊ faciunt aliud. ille vero que ꝟm accidens: nec in substātie ra
tione accipiuntur: nec faciunt aliud: sed alterum. Et ille quidem
que ꝑ se sunt nō suscipiūt magis ⁊ minus. ille vero que per acci-
dens ⁊ si inseparabiles sunt intensionē accipiūt ⁊ remissionem.
Nam neq; genus magis ⁊ minus predicatur de eo cuius est ge-
nus: neq; generis differentie ꝟm quas diuiditur. Ipse enim sunt
que vniuscuiusq; rationem ꝯplent: esse aūt vniuscuiusq; vnum ⁊
idem est: nec intensionem nec remissionem suscipiens est: aqui-
lum autem esse vel simum vel coloratum aliquo modo inten- D
ditur et remittitur. ¶ Cum igitur tres species differentie con-
siderentur: et cum he quidem sint separabiles: ille vero inse-

UVA. BHSC. IyR_118_1

parabiles. Et rursus inseparabiliū hę quidē sint p se: ille vero p accidēs. Rursus earū q̄ per se sunt differētiarū: alie quidē sunt se cundū quas diuidimus genera in species: alie vero ꝑm quas ea q̄ diuisa sunt specificantur: vt cum p se dicte oēs hmōi sint aialis animati z inaiati: sensibilis z insensibilis: rationalis z irrationa lis: mortalis z immortalis. Ea quidē que aiati z sensibilis differētia cōstitutiua est aialis substantie: est em̄ aial substātia anima ta sensibilis. ea vero q̄ est mortalis z immortalis differētia: z ra tionalis z irrationalis diuisiue sunt aialis differētie: p eas enim gña in species diuidim⁹. Sed hę quidē q̄ diuisiue sunt differētie
E generū ꝯpletiue sunt: z cōstitutiue specierū. Diuidit em̄ aial ra tionali z irrationali differētia: z rursus mortali z immortali diffe rētia: sed ea que est rationalis differētia: z mortalis constitutiue sunt hominis: rationalis vero z immortalis angeli. Ille vero q̄ sunt irrationalis z mortalis irrationabiliū aialium. sic etiā supre ma substantia cum diuisa sit aiati z inaiati differētia sensibili z in sensibili: aiata z sensibilia ꝯgregate ad substantiā aial ꝓfecerūt. aiata aūt z insensibilis ꝓstituunt plantā. Cm̄ ergo eedē alio mo do accepte fiunt ꝓstitutiue: aliquo modo autē diuisiue: oēs specifice dicuntur: z hīs maxime opus est ad diuisiones generū: z diffinitiones specierum. sed nō hīs q̄ ꝑm accidēs inseparabiles: nec magis hīs q̄ sunt separabiles. Quas etiā determinātes dicunt.
F Differētia est qua abūdat species a genere: homo em̄ ab animali plus hz rationale z mortale: aial em̄ ipsum nthil horū est. Vnde hz species differētias: nec em̄ oēs opositas hz: nāq; in eodem simul habebit opositas: sed quēadmodū ꝓbant: potestate quidē hz oēs differētias sub se: actu vero nullā. at si nec ex hīs q̄ nō sunt aliquid fit: nec circa idem simul habebit oppositā. Definiunt autē z hoc modo. Differētia est q̄ de pluribus z differentibus specie in eo qō quale quid predicatur. Rationale em̄ z mortale de homine predicatum in eo qō quale quid est homo dicitur sed non in eo quod quid est. Quid enim nobis est homo interrogatis nobis cōuenīes est dicere aial. quale autē aial inquisitū qm̄ rationale z mortale conuenīter assignabimus. Rebus enīz ex materia z forma constantibus: vel ꝓportionē materie z forme constitutionē habētibus: quēadmodū statua ex materia est eris forma autē figura. sic z homo cōis z specialis: ex materia quidez similiter ꝓportionabilr ꝓsistit ex genere: ex forma aūt differētia: totum autē hoc. s. aial rationale mortale homo est: quēadmodu z illic statua. Describūt autē hmōi differētiā z hoc modo. Differētia est qō est aptum natū diuidere ea que sub eodem genere
G sunt. Rōnale em̄ z irrationale hoīez z equū: q̄ sub eodē gñe sunt diuiduūt. Assignāt etiā hoc modo. Differētia est qua differūt

UVA. BHSC. IyR_118_1

a se singula. nāq; hō ⁊ equus ꝑm genꝰ nō differunt. Sumus em̄ aīalia nos ⁊ irrationalia: sed addituz rationale disiunxit nos ab illis. Rationales sumus ⁊ nos ⁊ angeli: sed mortale oppositum nobis disiunxit nos ab illis. Interius autē ꝑscrutātes ⁊ speculantes differētiam dicunt nō quodlibet eoꝝ q̄ sub eodē sunt genere diuidentiū esse differētiā: sed qđ ad esse ꝯducit: ⁊ ad qđquid erat esse: ⁊ qđ est pars eius qđ est esse rei. Neq; em̄ qđ aptum natum est nauigare erit hoīs differētia ⁊ si ꝓpriū sit hoīs. Dicimus em̄ aīaliū hec q̄dē apta nata sunt ad nauigādū: illa ꝟo minime: diuidētes hoīem ab alijs: sed natū esse: ⁊ aptū ad nauigādū nō erit ꝯpletiuū substātie nec eiꝰ pars: sed aptitudo solū ipsius. Id circo nō est talis quales sunt differētie q̄ specifice dicunt̄. Erunt ergo specifice differētie quecūq; alterā faciūt spēm: ⁊ quecūq; in eo quod quidest accipiunt̄. Et de differētijs quidē tot sufficiant.

Capitulum quartum.

Differētia silr̄: de tribꝰ đr intētionibꝰ: đr cōis: ꝓpria: ⁊ propria ꝓprie. ¶ Et đr dr̄ia cōis qua diuersificatur aliq̄d ab aliquo aut q̄ diuersificant̄ dispōne vnius rei in seipsa. qm̄ diuersificant̄ sor. ⁊ Pla. ꝓpter diuersitatē q̄ est inter ipsos ꝑ se. i. in sb̄a. Et diuersificant̄ dispōnes eiꝰ in seip̄o: qꝛ mō iuuenis: postea vir: ⁊ vt aliq̄d faciat: ⁊ illđ nō faciat in alio tp̄e. Et vl̄r oē quo diuersificat̄ sb̄a: aut diuersificant̄ ꝓpter ip̄m sb̄e: vniꝰ noīat̄ dr̄ia cōis. ¶ Sed dr̄ia q̄dē ꝓpria est qua diuersificat̄ aliq̄d ab aliq̄ ꝑ accn̄s inseparabile: sicut cecitas in oculo ⁊ vestigiū plaga ꝯcaua. sz dr̄ia q̄ est ꝓprie ꝓpria est q̄ est diuersitas ꝑ dr̄iaz renouātē spēm: sicut est diuersitas hoīs ab alijs aīalibꝰ ꝑ rōnē: qm̄ est dr̄ia q̄ renouauit spēm hoīs: ⁊ vl̄r oīs dr̄ia rei in q̄ inuenit̄ diuersitas: sz dr̄ia cōis ⁊ ꝓpria nō renouat inuētū aliud. ¶ Dr̄ia ꝟo ꝓprie ꝓpria renouās inuētū aliud noīat̄ diuersitas: q̄ renouat iuēta diuersa dr̄ia renouās spēs. Et q̄ nō renouat iuēta alia noīat̄ dr̄ia absolute. U. g. qꝛ aīal cū addit̄ ei rō renouat̄ inuētū qđdā ⁊ spēs ex spēbꝰ: sz motꝰ cū addit̄ aīali nō renouat aliud: sz aufert ab eo q̄etē tm̄. Ergo dr̄iaꝝ q̄dā est renouās iuētū aliud: ⁊ q̄dā renouās ab alteratiōe. ¶ Et dr̄ie q̄ renouāt inuētū sunt in q̄bꝰ diuidunt̄ gn̄a i spēs: ⁊ ꝑ eas ꝯplent̄ diffōnes. Sz spēs alie dr̄iaꝝ sunt innouātes i dispōnibꝰ diuersitatē ⁊ nō substātijs rerū. ¶ Et dr̄iarū est alia diuisio: qđ est: qꝛ ipsaꝝ q̄dā est separabilis sicut motus ⁊ q̄es ⁊ sanitas ⁊ egritudo: et q̄dā est inseparabilis. ¶ Eius aūt q̄ est inseparabilis sunt due diuisiones. s. aut sb̄alis aut accn̄talis: ⁊ accn̄talis est sicut simitas i naso: ⁊ sb̄alis est sicut rō hoī: ⁊ acceptabile scie. Et sb̄alis est q̄ accipit̄ in diffōne sb̄e rei illiꝰ cui inuenit̄ ⁊ renouat sicut diximꝰ inuētū aliud a gn̄e cui addit̄. Sed q̄ est ꝑm viā accidētis nō sumit̄ in diffōne sb̄e rei de qua p̄dicat̄: ⁊ nō renouat spēm aliā: sz renouat ꝑmutationē ⁊ alterationē tm̄. ¶ Sed dr̄ie sb̄ales nō suscipiūt magis neq; minꝰ: qđ est: qꝛ sicut nō est vna spēs aīalis magis aīal q̄ alia sicut est dispō gn̄is in differētijs diuidētibꝰ spē. s. q̄ nō predicatur de illis de quibꝰ predicat̄ ꝑm magis ⁊ minꝰ: qm̄ ipse sunt ꝯplētes diffinitiones specierū renouataꝝ ab ipsis: ⁊ dātibus ipsis esse ⁊ inuētionē non superāt se adinuicē res inuēte: qm̄ nō est res ex rebus inuētis de qua sit verū q̄ sit magis inuēta q̄ alia. sed dr̄ie accidētales recipiūt additionē ⁊ diminutionē: quāuis sint ex differētijs inseparabilibꝰ: qꝛ iam inuenit̄ nasus magis ⁊ minus declinās q̄ alius. ¶ Sed ⁊ differentiarum substantialium:

UVA. BHSC. IyR_118_1

quedā sunt cōstituētes gn̄a media:⁊ q̄dā diuidētēs ea. U.g. aīal cū sit gen⁹ mediū dr̄ie cōstitutiue. s. q̄ cōplēt eius diffōnē ⁊ renouāt ip̄m sunt. s. nutribile ⁊ sensibile ⁊ ipsa sunt plena sb̄a aīalis: cū sit aīal corpus nutribile ⁊ sensibile. Et ei sunt dr̄ie diuisiue: sicut rōnale ⁊ irrationale: qm̄ aīal quoddā est rōnale ⁊ quoddā irrationale: ⁊ dr̄ie diuisiue generis medij sunt etiā cōstitutiue specierū q̄ sunt sub illo gn̄e: sz generi altiori est dr̄ia diuisiua ⁊ nō dr̄ia cōstitutiua: cū sit oīs dr̄ia diuisiua gn̄is quā cōstituit: ⁊ ex quo nō est gen⁹ generi altiori nō est dr̄ia cōstitutiua: sz diuisiua. ⁊ speciei q̄dē vltime ē dr̄ia cōstitutiua nō diuisiua: sz ex quo est ꝯstō ei qđ ē sub gn̄e altiori: ⁊ speciei vltime: q̄ oīa dn̄r spēs: ergo est necessariū qđ dr̄ in hac dr̄ia sb̄ali ꝙ ipsa ē q̄ renouat spēm. ¶ Dixit. ⁊ necessitas in diuisione generū ⁊ cōpōne diffōnū ē in his differentijs: qm̄ diuisio nō erit ꝑ dr̄ias accn̄tales neq̄ diffō. Dixit. iāq̄ diffiniūt has dr̄ias: ⁊ vna diffōnū est ꝙ dr̄ia est q̄ superāt spēs gen⁹: qđ est: qꝛ ī dr̄ia hoīs q̄ est rō superat hō aīal qđ est gen⁹ ipsius: ⁊ illud est: qm̄ hec dr̄ia nō est inuēta in aīali in actu: qm̄ si esset ea inuēta in actu: nō īueniret̄ ei eius oppositū: qđ est priuatio rōnis ꝑ q̄ diuidit̄ aīal: sicut aīal aliud rō-
M nale aliud irrationale. sz inueniunt̄ q̄dē actu in spēbus q̄ sunt sub aīali: ⁊ ī
Idē. 1, de aīa, cō. 5. hoc sermone est debilitas. ¶ D. iāq̄ diffiniūt dr̄iam etiā ꝑ hoc qđ est predicatū de plurib⁹ differētib⁹ spē in eo qđ q̄lis res: ⁊ nō in eo qđ q̄d. Et illud est ꝙ qn̄ interrogamur de hoīe q̄d est: rn̄dem⁹ q̄dē primo ꝑ gen⁹ ipsius: qꝛ rn̄dem⁹ aīal. ⁊ cū q̄rit̄ ei qualis est: rn̄det̄ rōnalis: ⁊ diffō q̄dē hoīs cōpletur ꝑ hāc summā: ⁊ hoc est ꝓpterea: qꝛ oīs res cōposita est ex mā ⁊ forma: aut ex reb⁹ sil̄ib⁹ materie ⁊ forme: ⁊ gen⁹ est sicut mā: ⁊ dr̄ia sicut forma: ⁊ postq̄ res est ita est aggregatū gn̄is ⁊ dr̄ie ipsa sb̄a rei ꝑm ꝙ in intellectu est: sicut substātia ipsi⁹ ꝑm ꝙ ē extra intell̄m ex mā ⁊ forma. ¶ Iāq̄ diffinierūt dr̄ias sb̄ales etiā ꝑ hoc ꝙ sunt de quarū ꝓprietate est vt separent inter res q̄ sunt gn̄e vno ⁊ eodē sicut rō ⁊ nō rō: qꝛ ipsa separat inter hoīem ⁊ equū intrātes sub gn̄e aīalis: ex quo est hui⁹ separatio: ⁊ qn̄q̄ ꝑ res in substātia speciei: et qn̄q̄ non sunt dr̄ie q̄ sunt in sb̄a specierū addiderūt in hac diffōne ꝙ est id qđ separat inter spēs in esse earū: ⁊ substātia ipsarū qđ est qꝛ ars nauigādi est ꝓpria hoīs: ⁊ separat inter ipsam ⁊ alias spēs aīalis: sed nō est separans ab alio ꝑtē q̄ sit substātie ipsius sicut separat rō: ⁊ ꝓpter hoc non diuidit̄ ꝑ ea aīal in hoīem ⁊ nō hoīem: sicut diuidit̄ ꝑ rōnale ⁊ irrationale. qđ est: quia cū dicim⁹: q̄dā est cui inuenit̄ ars nauigādi: ⁊ q̄dā cui nō inuenit̄ nō fit diuisio ꝑ illud in hoīem ⁊ nō hoīem: cū sit hec dr̄ia nō renouās spēm sub genere rōnalis: sed rō renouat hoīem cum diuidimus per ipsam aīal.

¶ De proprio. Cap. v.

A Propriū ꝟo quadripharia diuidūt. Nā ⁊ id qđ soli alicui speciei accidit: ⁊ si nō omni ꝓpriū est: vt hoī esse medicū vel geometrā. Et qđ oī accidit speciei: ⁊ non soli: quēadmodū hoīem esse bipedē. Et qđ soli: ⁊ oī ⁊ aliqn̄: vt hoī ī senectute canescere. Quartū aūt ī quo cōcurrūt ⁊ soli: ⁊ oī: ⁊ semꝑ: quēadmodū hoī eē risibile: nā ⁊ si nō rideat semꝑ: tamē risibilis dr̄: nō ꝙ semꝑ rideat: sz ꝙ aptus nat⁹ sit ad ridendū. Hoc aūt ei semꝑ naturale est: ⁊ equo hinnibile. Hec aūt noīant̄ vere ꝓpria: qm̄ conuertunt̄: si em̄ est equus hinnibile est: ⁊ si est hinnibile est equus.

B ¶ De proprio. Capl̄m quintum.

Propriū dicit̄ ꝑm quatuor intentiones. Quarum vna est ē ꝙ accidit alicui speciei soli: sed non toti: vt est inuentio medicine ⁊ geometrie in hoīe. ¶ Et scđa est q̄ accidit speciei

UVA. BHSC. IyR_118_1

toti: sed est cōis ei ⁊ alij vt esse bipedē hoī. ¶ Tertia ꝙ accidit soli ⁊ toti: sed in aliquo tpe: vt canescere in senectute ⁊ senescere. ¶ Et intētio quarta est ꝑm ꝙ dr̄ propriū ꝑm veritatem: ⁊ est vniuersale quod conuenit toti speciei ⁊ soli: ⁊ semp sicut rōnale hoī ꝑm aptitudinē non ꝑm actum. ¶ Et de natura huius proprij est vt conuertatur cum eo: cuius est proprium: qm̄ oīs hō est risibilis: ⁊ econuerso: ⁊ silr̄ omnis equus est hinnibilis: ⁊ econuerso.

¶ De accidente. Capl'm sextum.

ACcidēs est qd̄ adest ⁊ abest p̄ter subiecti corruptionē. Diuidit aūt in duo: aliud em̄ ipsi⁹ inseparabile: aliud separabile. Separabile em̄ accidēs est dormire: nigrū v̄o esse inseparabiliter coruo ⁊ ethiopi accidit. Pōt aūt subintelligi ⁊ coruus albus: ⁊ ethiops abijciens colorē preter subiecti corruptionē. Diffiniūt etiā sic quoq̄. Accn̄s est qd̄ ꝯtingit eidē inesse ⁊ nō inesse. Et qd̄ neq̄ est gen⁹ neq̄ species: neq̄ dr̄ia: neq̄ ꝓpriū: semp aūt est ī subiecto subsistēs. Oīb⁹ igitur determinatis q̄ proposita sunt: dico autem genere spē dr̄ia ꝓprio ⁊ accidente: dicendum est q̄ eis ꝓpria insunt ⁊ cōia. A

¶ De accidēte. Capl'm sextum.

ACcidens est qd̄ estimatur esse ⁊ euanescere absq̄ eo qd̄ estimet̄ corrūpi subiectū eius: aut generari. Et illud diuiditur in duas diuisiones. s. in separabile ⁊ in nō separabile: sicut est somnus ꝙ est accidens separabile aīali: ⁊ sicut nigredo ꝙ est non separabilis a coruo ⁊ ab ethiope qd̄ est qm̄ imaginari potest coruus albus: ⁊ ethiops similiter absq̄ eo ꝙ imaginetur corruptio ex illo hoīs: aut corui cōtrario generis ⁊ speciei. ¶ Diffiniūt etiā accn̄s per hoc ꝙ possibile est in ipso vt inueniatur ei vni ⁊ eidē ⁊ non inueniatur: ⁊ ꝙ ipsum est quod non est genus: neq̄ species: neq̄ differentia: neq̄ ꝓpriū: ⁊ ipsum est semper stās in sb̄a. ¶ Et diffinitio prima cōprehendit separabile: ⁊ inseparabile. Scd̄a comprehendit separabile tm̄. B

Capitulum. septimum.

COmmune quidem omnibus est de pluribus vt dictū est predicari. Sed genus quidem de omnibus que sub ipso sunt speciebus ⁊ de indiuiduis ⁊ differentia similiter predicatur. Species autem de his que sub ipsa sunt indiuiduis. At vero proprium de specie cuius est proprium: ⁊ de his que sub specie sunt indiuiduis. Accn̄s aūt ⁊ de speciebus ⁊ de indiuiduis: nāq̄ animal ⁊ de equis ⁊ bobus ⁊ de canibus predicatur que sunt species: ⁊ de hoc equo ⁊ boue que sunt indiuidua. Irrationale vero de equis ⁊ bobus ⁊ de his que sunt particularia predicatur. Species autem vt homo de inferioribus de his qui sunt particulares solum predicatur. Proprium autem ⁊ de specie cuius est proprium: ⁊ de indiuiduis que sub ipsa sunt: vt risibile de homine et de his qui sunt particulares predicatur. Nigrum autem de specie coruorum et ethiopum ⁊ de his qui sunt particulares: quod est accidens inseparabile: et mouere de homine et equo: quod est accidens separabile: A

UVA. BHSC. IyR_118_1

sed principaliter quidē de indiuiduis: secūdario vero ⁊ de his q̄
B cōtinent indiuidua. Cōe est aūt generi ⁊ differentie cōtinentia
spērū. Continet enim ⁊ differentia spēs: ⁊ si non oēs quot gene-
ra. Rōnale enim ⁊ si nō cōtinet irrōnalia: vt genus q̄eadmodū
vt aial; sed cōtinet hoiem ⁊ angelū que sunt spēs: ⁊ quecūq; pre-
dicant de genere vt genus: ⁊ de his que sub ipso sunt spēb⁹ pre-
dicantur: quecūq; aūt de differentia predicantur vt differentia ⁊
de ea que ex ipsa est specie predicabūtur. Nā cū genus sit aial
nō solū de eo predicabitur substātia ⁊ sensibile: sed ēt de his que
sub aiali sunt spēbus oībus p̄dicat vsq; ad indiuidua. Quumq;
sit differētia: rōnale predicatur de ea vt differētia id q̄ est rōne
C vti: ⁊ nō solum de eo q̄ est rōnale: sed etiā de hisque sub rōnali
sūt spēbus predicabit rōne vti. Cōe aūt est empto genere vel
differētia simul perimi que sunt sub ipsis: q̄eadmodū vt si non
sit animal non est equus neq; hō: at si nō sit rōnale nullum erit
aial q̄ vtak rōne. Proprīū aūt generis est de plurib⁹ predicari
q̄ differentia ⁊ species ⁊ proprium ⁊ accidens: animal enim de
hoie ⁊ equo ⁊ aue ⁊ serpente predicatur: quadrupes vero de so
lis quatuor pedes habētib⁹: homo ꝯo de solis indiuiduis: ⁊ hin
nibile de solo equo ⁊ de his q̄ sunt particularia: ⁊ accidēs silr de
paucioribꝫ. Opz aūt dīas accipere: quibus diuidit genus: non
eas que cōplent substātiā generis: sed diuisiuas. Amplius gen⁹
cōtinet dīam potestate. Aialis em̄ hoc q̄dē rōnale est: illud ve-
D ro irrationale: dīe vero non cōtinent genera. Amplius genera
quidem priora sunt his que sub se sunt posite differentijs: ꝓpter
hoc quidem simul q̄ eas auferunt nō aūt simul auferūtur: subla
to enīz aiali aufertur rōnale ⁊ irrōnale. Differētie vero nō aufe-
runt genus: nam si oēs interimant tum substantia animata sen-
sibilis subintelligi potest que est animal. amplius quidem gen⁹
in eo quod quid est: differentia vero in eo quod quale quid est
predicatur: quemadmodum dictum est. amplius genus vnum
quidem est ꝑm vnamquamq; speciem vt est hominis id quod est
animal: differentie vero plurime: vt rationale mortale mentis et
disciplīe perceptibile: quibus ab aliis differt animalibus: ⁊ ge
nus quidem consimile est materie: ⁊ forme quidem differentia.
Cum autem sint ⁊ alia communia ⁊ propria generis ⁊ differen-
E tie nuncupata sufficiant. Genus autem ⁊ species commune quidē
habent de pluribus predicari: quemadmodum dictum est. Su-
matur autem spēs vt spēs solū: nō aūt ⁊ vt genus: si fuerit idem
spēs ⁊ genus. Cōe autē ipsis est ⁊ priora his esse: de quibus pre-
dicantur: ⁊ totum quoddam esse vtrumq;. Differentia autē qua
differt species a genere, eo q̄ genus quidem continet. species ve
ro continentur ⁊ non continent genera. In pluribus enim est

genus

UVA. BHSC. IyR_118_1

genus q̄ species. Amplius genera quidē prelacere opz et informata differētijs specificis pficere species: vnde et priora sunt naturalr gña et simul interimētia: sz q̄ simul nō interimātur. ¶ Spēs em cū sit/est et genus: genus vero cū nō sit: nō oino erit spēs: et gña quidem vniuoce de specieb⁹ p̄dicant: spēs vero de generibus minime. ¶ Amplius genera quidē abundāt earum que sub ipsis specierum sunt cōtinētia: species vero de generib⁹ abūdāt ꝓpriis differentijs. Amplius nec species vnq̄ generalissimum: nec genus fiet vnq̄ specialissimū. Generis aūt z proprij cōmune quidē est seq̄ species. Hāq̄ siquidē hō est: aial est. z siquidē hō est: risibile est. Et equaliter dicit predicari genus de specieb⁹: z ꝓpriū de his indiuiduis que participāt illud. Equaliter em z hō z bos aial est: z Cicero et Cato sunt risibiles. Cōmune z his vniuoce p̄dicari genus de propriis specieb⁹ et proprium de his quorū est ꝓpriū. Differt aūt genus z ꝓpriū: genus prius est/posterius vero ꝓpriū: opz em esse prius aial dehinc diuidi differētijs et ꝓpriis. Et genus quidē de pluribus specieb⁹ predicatur: ꝓpriū vero de vna specie cuius est ꝓpriū. Et proprium cōuersim de eo cuius est ꝓpriū predicat: genus vero de nullo cōuersim predicatur. Hā nec si aial est homo est: nec si animal est: risibile est. si vero risibile est homo est: et ecōuerso. Amplius quidē omni speciei inest proprium cuius est proprium et soli et semper: genus vero speciei quidē omni inest cuius fuerit genus et semper: nō autem soli. ¶ Amplius autem propria quidē interempta: non simul interimūt genera: genera vero interempta simul interimunt species: quarum sunt propria: quare et his quorum sunt ꝓpria interemptis et ipsa simul interimūtur. Generi vero z accidenti cōmune est de pluribus: quēadmodum dictum est predicari: siue separabiliū sit accidēs siue inseparabiliuz: etenim moueri de pluribus: z nigrū de coruis: z de omnibus ethiopibus z aliquibus inanimatis predicantur. Differt autem genus ab accidenti: quoniam genus ante species est: accidentia vero specieb⁹ posteriora sunt. Nam et si inseparabile accidēs sumatur. tum prius est illud cui accidit q̄ accidens: et genera quidem que participant equaliter participant: accidentia vero non equaliter: intentionē em et remissionem suscipit accidentiū participatio: generum vero minime: et accidentia quidem in indiuiduis principaliter consistunt: Genera vero et species naturaliter priora sunt indiuiduis substantijs: z genera quidē in eo q̄ quid sit predicātur de his que sub ipsis sunt accidētia vero in eo q̄ quale aliquid sit: vel quomodo se habet vnū quodq̄. qualis est em ethiops interrogatus dices niger. vel quomodo et Socrates se habet dices quoniam sedet vel ambulat: genus vero quomodo ab aliis quatuor differat dictum est. Contingit aūt etiā vnū quodq̄ aliorū differre ab aliis quatuor: quare cum quinq̄ quidem sint: vnumquodq̄ autem ab aliis quatuor differat quater

UVA. BHSC. IyR_118_1

quinq; viginti fiāt oēs dr̄ie: sz semp posterioribꝰ enumeratis: ⁊ secū
dis quidē vna dr̄ia superatis: ꝓpterea qꝛ iā sumpta est: tertijs vero
duabꝰ: quartis ꝟo tribꝰ: quintis ꝟo quatuor decē sunt oēs: quatuor
tres due vna. Genus etenim differt a dr̄ia ⁊ a spē ⁊ proprio ⁊ acci-
dēte: quattuor ergo sunt oēs differētie. Differētia vero quo differt a
genere dictū est: qñ quo differt genus ab ea dicebatur. Relinquitur
erge quo differat dr̄ia a spē ⁊ ꝓprio ⁊ accidēti dicetur ⁊ sunt tres rur
sus spēs quo q̄dē differt a dr̄ia dcm̄ est: qñ quo differret a spē dr̄ia
dicebat̄: quo aūt differat species a genere dictū est quando quo dif-
ferat genꝰ a specie dicebatur. Reliquū est igitur vt quo differat spe
cies a proprio ⁊ accidēti dicatur: sunt igitur ⁊ he differētie due. quo
B Quando vero ꝑm ꝙ est principium vel predicamentum est id quod in eo ꝙ tempore vel alia duratione mensuratur ex mensurante duratione relinquitur in eo ꝙ sic mensuratur: non enim relinquitur ex adiacentia temporis tm̄: sed etiam ex adiacentia eternitatis et euiternitatis vt patebit inferius. dicimus.n.deus fuit.deus est. ⁊ deus erit. ⁊ in omnib⁹ his significamus fuisse in preterito deum fuisse in futuro ⁊ in presenti quando. Quicquid igitur est quod predicatur in re temporali vel eterna vel euiterna ex duratione causatum in ipsa vocatur quando generalissimuꝫ sub cuius ambitu cōitatis continentur ⁊ genera ⁊ spēs ipsius ⁊ indiuidua: sicut genera sunt fuisse esse ⁊ fore. spēs autem tunc fuisse vel nunc esse vel tunc fore. Indiuidua autem hunc fuisse vel hunc esse vel hunc fore. ⁊ ad hunc ambitum predicationis multa reducuntur que nullius alterius generis per se predicationem suscipiūt sicut olim fuisse dudum iam ⁊ futurum longinquum ⁊ propinquum: quia igitur hoc genus rerum sic prima voce significatum ad nullum aliorum generum vel reduci potest. Relinquitur ꝙ ipsum sit per se predicamentum ⁊ suarum coordinationum predicabilium primum principium. hoc igitur quando ex adiacentia temporis vel alterius durationis esse mensurantis relinquitur: locus est. vt in libro de intelligibilibus dicitur mensura entis quod non est distensum ꝑm durationem intelligentie: sed totum insimul in loco comprehensuꝫ accipitur per intellectum. ¶ Tēpus autem est mensura non entis ꝑm esse qd̄ accipit̄ vt pertēsum duratione: eo ꝙ esse est actus entis potētia aut essendi in omnibus pertensa intelligitur ad mensuram durationis vel per se vel per aliud. per se quidem in his in quibus esse non totum simul est sed fit continue. Ad aliud autem in quibus esse totum simul quod distingui non potest nisi ad inferiora quorum esse excedit ꝑm indeficientiam: sicut cum dicitur deum fuisse qui non defuit ⁊ deum fore qui non deerit. ea autem quorum totum esse simul est quedam sunt quorum esse et posse et actus totum est vnum simul ⁊ horum mensura est eternitas. Quedam autem quorum esse quidem simul est ⁊ posse quod habent ad esse sed agere non est simul: sicut quidā dicunt intelligentie sed verum exemplum ⁊ philosophicuꝫ de corpore celesti. ⁊ hec dicuntur a phis euiterna ⁊ ipsorum mensura est euū: ⁊ ab his in his quibus iste mensure extrinsecus adiacent relinquitur quoddam ꝙ comparationem talis durationis dicit ab ipsa ⁊ illoruꝫ cōparationem ad durationē: ⁊ hoc vocatur quādo. Quia solum tempus tenet hec tria ⁊ substantialiter diuiditur ⁊ differētias accipit penes quas in ip̄m quādo distinguit̄ in spēs: ꝓpter qd̄ nō per eternitatem aut euiternitatem: sed per tempus quādo diffinit̄: quia etiam eternitas ⁊ euiternitas non distinguuntur per formales differentias nisi ad temporis distinctionē. Quod autem dicit̄: quod ex adiacētia tēporis reliquit̄ nō est idem quod ex tempore adiacentis: quia ex illo modo loquendi modus infectiuus temporis non determinatur: quādo aūt est tēporis infectio quam facit in temporalē rem ꝑm ꝙ dicimus vnū fuisse ⁊ alterū esse: ⁊ vnum dicimus senem et alterum iuuenem. non ꝙ senex vel iuuenis qñ dicant: sed ex tpe per qñ diu vel non diu fuisse causatur senectus ⁊ iuuentus. Dicitur autez adiacēs eo ꝙ non est tempus aliquod intrinsecatum qualitatum sꝫ potius extrinsec⁹ adiacens que est in periodo ꝑm ꝙ est mēsura esse eius qd̄ est: ⁊ ideo dicit̄ adiacere: ⁊ non dicitur inesse. Adiacere autem dicit̄ qꝛ vndiqꝫ iacet: vt mēsura totum esse mensurans: ita ꝙ nulla pars esse sit cui non adiaceat: et in toto esse suam relinquit infectionem ꝑm substantiam alicuius quando a tpe presenti preterito vel futuro causatam. Sic ergo dicit̄ quando ꝑm ꝙ p̄dicamētū est: ⁊ p̄dicat rē illam quā relinquit in subiecto ꝑm ꝙ ipsi subiecto adiacet mēsura durationis; ⁊ hoc est qd̄ dicit̄ ꝙ qñ: idest qd̄ ex adiacētia tēporis: relinquit̄: ita ꝙ

UVA. BHSC. IyR_118_1

tēpus pro omni mensura que adiacet extrinsecus ꝑm ꝙ id qđ est mensura ipsius erit esse ⁊ nō entis: esse enim est vt actus entis ⁊ nō vt ens: sicut enim diximus esse est actus entis qđ est: ⁊ ideo vt est actus refertur ad durationē. Ens aūt est durās ⁊ habēs esse: ⁊ qr cā nō est effectus. Et quādo est qđ ex adiacētia tēporis relinquit: sequit ꝙ quando nō est tempus ꝑm ꝙ tēpus ⁊ quādo cōiunctas habent rationes diffinitas sicut effectus ⁊ causa sicut ptz ꝙ tēpus quidē preteritum quādo nō est: effectus autem preteriti ⁊ infectio quā relinquit in eo ꝙ preteritū est quādo sicut heri fuisti vel pridie vel ante annum vel olim vel nuper vel aliquid hmōi. similiter instans quodcūqꝫ vel nunc qñ nō est sed ꝑm actū eius vel actus equale vel inequale est sicut dicitur tp̄s esse vel fuisse vel fore ⁊ nō quādo: qr sic est tp̄s: vt numerus eius qđ est in tēpore sed effectꝰ illius tēporis equalis vel inequalis est quādo. in tempore enim esse vt dicit Ari. est quadam parte temporis mensurari: ⁊ sic tēpus inequale si excellit est mēsuratio: ⁊ ꝑm ꝙ sic adiacet mēsuratio sic relinq̄t infectionē in re tēporali ꝑ motū cuius est tēpus numerus: ⁊ hec infectio secundum comparationem ad differentiā tēporis ex qua relinq̄tur quādo absolute quidem in subiecto consideratuz vacatur etas. Et inde instans non est tp̄s sed instanti esse relinquit quando presentis: ⁊ nunc esse q̄uis nunc nō sit tempus vel aliqua pars ipsius tñ qr nūc adiacet ei qđ mouet vel qđ est cuiꝰ actꝰ esse est cui adiacet tp̄s: ⁊ iō quo ad adiacētiā extrinsecꝰ nō est dr̄ia tp̄is. Et iō instās qñ relinq̄t sicut ⁊ preteritum. similiter ⁊ futurū tempus quando non est: sed potius id qđ vt temporale: futurum est tamen fingere: quia necessitate motus ⁊ numeri motus necessarius est q̄tuz est de temporis successione. secundum enim duo hec iam aliquid futurum esse. Sic igitur quando est ꝙ ex adiacētia temporis relinquitur ex futuro: sicut cito vel diu post pñs esse. patet igitur ex his que dicta sunt quid sit quando secundum ꝙ est principium vel predicamentum.

¶ Lectio. xv.

¶ Est igitur quando aliud ex eo ꝙ abijt: aliud ex eo ꝙ instat: aliud vero ex eo ꝙ necesse est contingere. Dictum est enim in cathegorijs preteritum ⁊ futurum esse quantitates: ⁊ ꝙ magis est continuās ad presens. De preterito quidem dictum est hic: non ꝙ in substantia ꝑmaneat: sed quoniam in excessu suo nondum preterijt. De futuro autem quoniam necesse est contingere ꝙ tantum est ac si instaret: nulla enim differentia est in eo ꝙ permanet ⁊ ꝙ futurum est ⁊ ꝙ nunc abijt. Quamobrem ⁊ de futuris agitur: ⁊ secundnm ea aliquid dicitur et nuncupationē existentiū sortiuntur: vt sol oriet cras: cras erit nauale bellum: heri obijt sortes: ⁊ aliquid dicitur ꝑm tempus id qđ futurū est: eo ꝙ nascet futurū necessario de eo quod est: vt callias disputabit cras vel non disputabit cras: disputabit enim futurā actionem significat: nihil inde est ꝙ in substantia adhuc sit.

¶ Diuisio autem eius quod est quando multiplex est. prima est diuisio que accipitur secundum adiacentias eorum ex quibus causatur sicut cum dicitur ꝙ aliud est quando eternitatis: et aliud euiternitatis: ⁊ aliud quando temporis: quando ꝙ est eternitatis sicut cum dicitur deum ab eterno fuisse: et deum semper fore: ⁊ deum nunc esse. Eternitas enim q̄q̄ sit indiuidualis et simplex ⁊ intensa: eo ꝙ nihil sui habet extra presens nunc instans ⁊ sese non mouens neqꝫ per influxum se aliquid extendens continuū quod sit

UVA. BHSC. IyR_118_1

in fieri sicut motus: tñ in sui simplicitate stãdo non deficit: nec deest alicui presenti: nec defuit alicui pterito: nec deerit alicui futuro. Eternitas tñ est mẽsura existẽtiũ temporaliũ ꝛ euiternorũ non p extẽsionẽ sed per indeficiẽtiã. Et iõ cuius tempus est mẽsura adequata eius mẽsura est eternitas non adequata sed excellens ꝑm principiũ mediũ ꝛ finem. Et hoc est in substantiã omniũ stantiũ ꝛ necessariorũ ꝑm illũ modũ quo necessaria sunt: ꝛ qz sic est mẽsura tẽporaliũ: vt diximus ꝓpter hoc quãdo eternitatis distinguitur per accides in differẽtias tẽporis: ꝛ dicit id qõ est eternũ fuisse ꝛ esse ꝛ fore. ¶ Sz hic attẽdẽdũ est qz quando dicitur qz est deus: vel ꝓma causa que necessario est celum et generatũ illud est hoc quod dico quando significat quando eternitatis: quia hoc est in mensura ꝛ euiterni et temporalis vt dictũ est: et non potest significare quando temporis: quia tempus nulla põt esse mẽsura necessarij siue eterni: similiter quando dicimus quando celum est generatum hoc ipsum qõ dico quando significat quando euiternitatis nõ temporis: quia euiternum mensura est temporalium excellens: ideo referri potest ad temporalia. Tempus autem non est de mensura euiternorum: ꝛ ideo quando temporis in euiternis nihil significat: et si distinguitur ad differentias temporis per indeficientiam sicut mensura superior excellens indiuisa in se distinguitur ad diuisiones mẽsure inferioris que secundum se per ꝓprium est diuisibilis. Hec est ergo ꝓma distinctio eius quod est quando: sicut enim eternitas se habet ad eternuz qz omnibus modis indiuisibile ꝛ necessarium: sic se habet eternitas ad euiternum: quod quidem euũ quoddã hoc quod nõ est simul: qz cuius substãtia sit in nunc eternitatis: tamen actus eius essentialis qui est motus est in tempore ꝛ potentia ad motũ relata est ad nunc temporis quod continue fuit. Sic igitur per illud distinguitur quando eternitatis et quando euiternitatis.

¶ Et attendendum qz sicut eternitas ad tps in se habet nunc eternitatis ad nunc tẽporis: ita se habet quando eternitatis ad quando temporis. Sz notãdum est qz esse rerum ꝛ eorum que generantur ꝛ corrũpuntur dupliꝛ cõsiderari potest. Si enim consideretur ꝑm quod est simplex actus essentie simplicis: tũc proculdubio indiuisibile est et totum simul: et ideo est in nunc eternitatis vel euiternitatis. Et sic non amittit aliquid in preteritum: nec expectat aliquid in futurum: sed simul est totum: nil sui extendens extra ipsum. si autem consideratur ꝓut in huiusmodi est mã permixta contrarijs sic est esse fluidũ. quod non est simpliciter. sed aliquid habuit in preterito quod nõ habet: ꝛ aliquid habebit in futuro quod nondum habuit in preterito vel presenti: ꝛ sic recipit differentias temporis: et dicitur fuit est vel erit. Ex his ita traditis accedamus ad certificationem diuisionis eius quod est quando temporis. hoc autem sic diuiditur quod est quando aliquid ex eo quod abijt hoc est ex preterito. Aliud autem quando est ex eo quod nunc instat: et quod presens est Aliud autem ex eo quod contingere necesse est ꝓ temporis successione: ꝛ est quando de futuro: et est quando relictum ex differentijs temporum. Ipse autem temporum differentie non habent: qñ dictum est etiam in cathegorijs qz preteritum ꝛ futurum quantitates sunt in genere quantitatis vt species contente. dictum est ibidem qz sunt continue q̃titates. Continuatur enim preteritum ad presens. videtur innuere qz preteritum sit permanentiam habens. manet enim quod continuum existenti. sed intelligendum qz hoc non est dictum de preterito existenti. Ideo quod manet vel qz in partibus habeat aliquam permanentiam: sed ideo dictum est continuum esse ad presens: quia in excessu suo hoc est in vltimo suo in quo continuum est pñti non preterijt. in illo enim continuatur presenti nunc. similiter est de futuro qõ in principio sui continuatur ad pñs nunc. hoc autem signũ est: qz oia qñ preterita copu-

UVA. BHSC. IyR_118_1

lantur presenti vel per se vel per aliud:preteritum etiam est quod psenti continuum est z cōtinuatur ad psens.preteritū aūt imperfectum qō fm finem nō extenditur in presens:et ad presens non terminatur.preteritum autē plusqȝ perfectū illud qō in preterito ad psens terminatū est:et per preteritum refertur ad presens.De futuro aūt dicim⁹ relinqui qñ fm infectionem ex tēpore relictā.quāus eñ futurū nōdū sit.tñ ex successione quam hz ad presens:necesse est cōtingere q ꝙātū ad substātiā ipsius qū accipiēdā tantūdem valet ac si instaret:nulla eñ quantū ad qñ accipiēdi:differētia est in eo qō manet instās neq futurū est:et in eo qō abijt in preterito.vnū enim nunc est tota substātia temporis.esse aūt tēporis causatur a fluxu nunc.et ideo quālibet partem ipsius relinquit qñ in eo qō est in tēpore pp qō de futuris agitur et determinat: cum tñ futurū nōdū sit et fm futurū aliquid dicitur et ipsa futura sortiuntur nūcupationē et nomen existētium:et ideo qñ accipitur a futuro sicut a presenti:qz ex ipso fluxu tēpis erit certificatum futurū tēpus:sicut dicimus cras erit nauale bellum:heri obijt sortes.hec enim qñ significāt. ergo aliquid dicitur qñ fm id qō futurū est ideo qz sicut dicim⁹ futurū necessario fm successionem nascitur.dicendo qō est iam presens.hoc etiā fluit in futurū cōtinuo fluxu et necessario et per necessitatē motus primi. Unde dicimus callias disputabit cras vel callias nō disputabit cras:actiones nostras ad futurū tēpus referentes:sicut ad presens:eo ꝙ certi sumus de successione futuri:disputabit enim futurā significat actionē cuius actionis adhuc nihil est in substatialibus actionibus illius.Sic ergo ptz q ex omni differētia tēporis qñ relinquit. vnde est in eo qō est in tēpore sicut in mensura et numero.Sic enim cum tempus sit cā corruptionis per motū qui distare facit a principio tēpus infectionē talis distantia relinquit in re temporali.hec igitur infectio duobus modis pōt considerari.vno quidē absolute fm qō est infectio vt forma existēs in subiecto existēs in re tēporali.et sic est etas.alio modo prout ipsum in quo est cōparatur per illud ad tempus vel differentiā tēporis ex quo relinquitur:et sic est qñ et aliqñ que importantur cum dicitur olim fuisse vel ante hoc fuisse vel esse vel postea fore.et hoc modo qñ est preteritū vt in antehabitis dictum est:et scōm hoc sua cōitate ambit qñ ex eternitatis:et qñ ex euiternitatis et qñ ex tpe et vnā rē gñaliū predicat que cū alijs diuidūt gñalissima in decē gña prima:quānis enim eternitas sit in eterno:sicut differēs per substātiā ab ipso et nō secundūrōnem nois dicit duratione extrinsecā adiacētem et ipm esse indeficiēs omnibus mēsurari pōt:sic relinquit ex eo modo eius qō est qñ sicut dicimus id qō est omnibus modis necesse est esse semper fuisse fm esse preteritū:et semper esse fm esse psens:z semp esse fm futurum.De tempore autem in quarto phȳsi. disputatum est.De eternitate autem in libro de causis dictum est.

Lectio decimasexta.

¶Differt aūt qñ ab et q est vbi:qñ in quocūqz tēpus est vel fuit vel erit: in eo quidez qñ est vel fuit vel erit q fm idem tēpus dicitur qñ enim qō existenti est cum ipso instanti est z simul in eodez sunt qñ vero ex eo qō abijt z qō futurum est: nunqȝ simul erunt:vbi vero z locus a quo est:vel sit nunqȝ simul in eodem:vbi autem in circūscriptione est: locus autez in cōplectente. Distat autem qñ qō ex preterito est:ab eo q ex futuro ꝓcedit qñ qñ qō ex futuro preterito posterius est:quod vero ex preterito est prius futuro. ¶Quando autem vnum et idem:primum quidem ex futuro est secundum quidem ex presenti:posterius vero ex preterito:quemadmodū tempus quidem

UVA. BHSC. IyR_118_1

primū: quidē nunc est futurum. postea vero presens: deinde ꝓteritū.

Differt aūt quādo ab eo qđ est vbi in hoc: qđ in quocūq; tps est relinquens suā interfectionē sicut in quocūq; est fuit vel fuisse vel fore vel i ꝑsenti esse: eo q; illa qñ in eodē sicut in subiecto qđ denotat est: qñ ⁊ in eodē fuit vel erit vel esse vel fuisse vel fore: eo q; illa quādo ꝑm tpa illa vel tps dicūtur: qñ enim ex instanti presenti nunc est semp cū ipso ꝑsenti nūc. vnde dicim⁹ qñ es. rñdetur nunc sum: qñ aūt qđ relinquit ex eo q; futurū expectat nunc; sunt cū tpibus ex quib⁹ relinquit: sicut ptz in querētibus a nobis ⁊ dicētibus qñ legisti quādo fuisti. notamus qñ qđ est cum ꝑsenti nunc. ⁊ rñdet tps ꝓteritū dicēdo tūc fui: olim fui. vel iam fui. Sitr ꝗrētib⁹ nobis ⁊ dicētib⁹ qñ leges. vel quādo eris. quādo est cum ꝑsenti nunc ⁊ respondet tps futurū sicut post annum vel diem vel mēsem. Unde hec duo quādo nunc; insimul erunt cū tpib⁹ ex qb⁹ relinquūtur: hoc tñ est generale q; quādo ⁊ tēpus ꝑm q; est numerus sunt in codez sicut in subiecto: vbi vero ⁊ locus a quo sicut a cā sit ipsum vbi nunc; sunt in eodē sicut in subiecto. vbi enim sicut in subiecto est in circunscripto in locato in corpore. Locus aūt qui est vltima sup̄ficies cōtinentis nō est in locato extē so sicut in subiecto: sed est sicut in cōplectēte ⁊ continente: cuius vltimum est superficies locās. hic est tñ attendēdū q; tēpus vt continuū ⁊ vt forma extra mensurā est in subiecto in primo motu ⁊ mobili. vt mēsurās aūt ⁊ numerans essentialiter in tēporalib⁹ sicut numer⁹ materialis est plures tam decem oues q; decem canes: quāuis formalis numer⁹ ⁊ forma numeri ⁊ species sit vna: sic vnum tēpus est omniū tēporaliū: vt numerus numerās vel mēsurās: quāuis mēsurante modo tot sint tēpora alia quot quādo. Et hoc modo dr tēporale ꝑm qđ cōstat sub tēpore sicut sub numero habere quādo. ⁊ quando hoc modo est in ipso sicut in subiecto: ⁊ tēpus hoc modo sumptū in tēporali semp est in eodem in quo est quādo. vbi aūt nunc; est in eodem in quo est locus. Sed vt dicit Anselmus. nunc eternitatis se hz ad nunc tēporis ⁊ ad totū tēpus: sicut se habet nunc tēporis ⁊ ad omnē locū ⁊ ad omnia que in loco sunt. Nunc enim tēporis vt indiuisibilē cōnect locū ⁊ locata omnia que valde diuisibilia sunt eo q; per vnum qđ est in omnibus mensura ⁊ hoc est esse: cuius ꝓpria mēsura est tēpus vel eternū vel euiternū. Similiter nūc eternitatis qđ indiuisibile est per indeficiētiā cōprehēdit nunc tempus: ⁊ totum presens per hoc q; duratio fluens sicut a causa ⁊ exēplo fluct a durationē stāte vel indiuisibili. Et hoc est qđ. d. Boetius in cōsolatione philosophie. Qui tempus ab euo ire iubes. Est etiā adhuc cōsiderandū q; illud quādo qđ relinquit ex eo qđ est ꝓteritū differt ab eo qđ relinquit ex futuro. In hoc differt: qr quādo qđ ex futuro est ꝓterito est semper prius: quādo aūt qđ est ex ꝓterito est posterius q; futurū. Si autē vnum ⁊ idem quādo ꝑm substātiam tēporis accipiat hoc est in nunc qđ est substātia: tunc quādo vnum ⁊ idem primū quidez ex futuro: secundum vero ex presenti: posterius vero ex ꝓterito ꝑm periodi circulationez in quo futurū est aut ꝑsens aut ꝓteritū: quēadmodū ⁊ tēpus primū qđ est futurum. postea presens quādo futurū aduenit. deinde ꝓteritū cum presens abijt. Et sic in tēpore sic est in deficiētia eternitatis quādo ad tempus differētias recipit distinctionem: siue enim diuisibilis ꝑm se non est: siue indiuisibilis in nihil differentie: qr non ex hoc relinquit quando qđ est simplex vel compositū: sed ex hoc qđ vt extrinsecus adiacens est esse mensura in eo qđ est. sic enim sue indeficientie relinquit impressionē in eo qđ est per quā id qđ habet esse mensure extrinsecus adiacenti sic vel sic comparatur: ⁊ hoc est quando ꝑm qđ est ꝓteritum. sed tamen dicunt q; vnum ⁊ idem est quādo eternitatis ⁊ temporis differentia per accidens: hic. s. q; in eternitate: vt stans in tempore autem vt

UVA. BHSC. IyR_118_1

fluens continuet sed hanc compositionem opinamur esse falsam: nisi dicant nunc eternitatis exemplariter ⁊ causaliter esse in nunc temporis. Sed tunc ex hoc non sequetur q̄ sit idem nunc ꝑm substantiam: sed ꝑm formam tantū hoc modo quo exemplum ⁊ exemplarum, an forma non ꝑm genus vel speciem sed ꝑm proportionem similia esse possunt.

¶Lectio.xvij. A

¶Sicut autē ⁊ tēpus aliud quidem compositū est: aliud vero simplex. Est autem compositum qō in composita actione cōsistit. Simplex vero quod cum simplici procedit. Et ita quando aliud simplex: aliud compositum: simplex quidem vt in momento ⁊ nunc esse: compositum autē vt in hora: die: hebdomoda: ⁊ similibus. Amplꝰ quē admodum tempora partes sine mora succedāt: similiter et partes quando. Quādo quippe preteriti ⁊ futuri ad presens copulatiue reducuntur. Distat autem ⁊ tempus ab eo quando quoniam ꝑm tempus aliquid est mesurabile vt motus annus tempus diuturnus motus ⁊ multus dicitur eo q̄ multo tempore permanet. At secundum quando nihil mensuratur: sed aliquando dicitur esse: ⁊ ꝑm idē temporale ⁊ variabile pronunciatur. B

¶Sicut autem tempus est aliud compositum: aliud vero simplex. Et compositum quidem est qō in composita actione: hoc est qō cōposite actionis est mēsura: simplex vero tempus est qō procedit cum actione simplici cuius ipsum est mensura. Ita ⁊ quando qō ex adiacentia tēporis relinquitur: aliud est simplex: ⁊ aliud est compositum. Simplex quidem qō in momento esse et in nunc esse dicitur. Compositum aūt qō ex cōposito tpe relinquit vt in hora esse vel in die vel hebdomada vel in mēse vel āno ⁊ similib⁹. ¶Hec aūt q̄ dicta sunt so C
phistica habēt calūnā: si em obijcit actio est in motu ⁊ ois motꝰ in actiōe firmatur: vt in tractatu de actione dictū est: aut nullꝰ motꝰ simpliciter videbit q̄ actio nulla simplex esse possit: sed ois actio cōposita. Adhuc cū oē tps sit cōtinuū: ⁊ q̄libet pars cōtinui sit cōtinua ⁊ posita vī q̄ nullū sit simplex tempus. Adhuc aūt ōr ⁊ simplex tps si sicut in momēto ⁊ in nunc esse: est aut momētuz indiuisibile tps: ⁊ sic momētū nec est tps nec ps tpis. ⁊ sicnec erit tps ⁊ sequit alteri⁹ qñ nō sit simplex. Adhuc de nūc dicit Ari. in. viij. phyſi. q̄ nō est tempꝰ nec pars tpis: sed tpis substātia ⁊ vī habere calūniā qō hic dicit. ¶Ad hec ⁊ si Solutio
milia dicēdū q̄ est actio simplex ⁊ actio cōposita: actio em generātis aut ge- D
neratio est finis motꝰ ⁊ nō motꝰ cui⁹ vere actio que est generatio ⁊ simplex est oino ⁊ apartibilis: ⁊ est de nō esse in esse simplex ⁊ nō cōposita mutatio. Et simpliciter est actio creātis ꝑm qō est creās ⁊ similiter. d. Auer. de illuminatione ad hūc vel ad illum locū ꝓout est finis motꝰ localis quo movet illuminans qō est actio simplex nō habēs aliquā diuisionē: sicut ois ptinui finis simplex est: ⁊ cum quodlibet illoꝝ vere actio sit. Qō autē inducit q̄ ois actio in motu ⁊ omnis motus in actione firmatur ibidē in tractatu de actione patet solutio. hoc enim intelligas de motu ꝑm q̄ motus actus perfecti: ⁊ perfectus hoc autem ꝑm qō est actus mouentis ⁊ nō eius qō movet. Motus aūt ꝑm hunc mo- E
dum est actus simplex ⁊ nō cōtinuꝰ vel compositus ꝑm qō est actus imperfectus: sic est continuus ⁊ compositus: ad hoc autem quod obijcitur de tēpore. Dicendum q̄ tempus dupliciter accipit ꝑm esse. s. ⁊ ꝑm substātiā. ꝑm esse quidem acceptum verum est q̄ nullum est tempus simplex: sed omne tempus cōpositum: ꝑm substantiam autem est aliquod tempus simplex nunc. scz et mo-

UVA. BHSC. IyR_118_1

mentū.qđ iam sicut antedixim⁹ a tēpore nō differt in hoc q ex ipso qñ relinquitur sicut ex tēpore:ꝛ sic intellgit cū dicitur tēpus est simplex ꝛ qñ simplex.

F ¶Quidā aūt aliter dixerūt q actio est duplex:simplex.ſ.quo ad nos:ꝛ nō simplex quo ad nos q̄ repēte fit hoc est in tēpore:cuiusmodi distinctio est imperceptibilis.Et similiter dicunt de tēpore simplici.Et hec fuga est ꝛ nō verū qđ dicūt est:sunt enīz multe actiones simplices:sicut ptz per ea que inducta sunt ꝛ simpliciter:cum vero subſtātiuo dicitur sum es est:tñ totū suū cōdeclineum dicit subſtantiam vt actum ꝛ actionem que actio si actio accipiatur vt essentie actio:actus non potest intelligi nisi simplex actio :ꝛ cum hec actio temporalis vel simplex tēpus qđ adiacētia est mensura eius relinquit quando .Sicut enim tēpus adiacet mobili:sic ei qđ mouetur ſm qđ vnū est in toto motu adiacet mensurās nunc:ꝛ ideo qñ relinquit nunc sicut tēpus ꝛ quo ad hoc q est subſtātia tēporis qñ ex se relinquit relinquens hoc tēpus esse dicitur. sic ergo intelligēdū est qđ hic dictum est.Amplius aūt adhuc ꝛ in hoc cōueniūt tēpus ꝛ qñ q̄ quēadmodū tempora partes sibi inuicē sine mora siue cōtinue succedunt similiter sibīpſa qñ ex tēporibus relinquuntur:qñ enim q est in preterito ꝛ qñ qđ est in futuro copulatiue reducuntur siue copulantur ad presens nūc:sicut partes continui copulātur ad punctū:non aūt sic copulātur nisi talis esset successio ex preterito in presens:ꝛ ex presenti in futurū:vel ecōuerso futuri in presens ꝛ p̄sentis in preteritum.Uariabilis enim est successio ſm periodū:ſm actiones aūt que tēpore mensurātur est ex preterito in presens ꝛ ex presenti in futurū quāuis tēpus:ꝛ qñ in his que dicta sunt cōueniāt:tñ tempus differt ab eo q est qñ:qz qđ in tēpore est in eo est sicut in numero numerāte :et qz numerus est mensura numerati:ideo ſm tempus aliquid est mēſurabile: sicut dicimus q aliquis est annuus ex tempore siue mensura tēporis:ꝛ aliquis est diuturnus:ꝛ aliquis est hebdomodalis mensurati:ꝛ aliquādo sine distinctione numeri dicimus q motus est multus:eo q motus ille multo tēpore permaneat siue duret:ſm qñ aūt nihil mensuratur:sed simpliciter qñ vel aliquando esse vel fuisse vel fore dicitur:ꝛ hoc ſm idem ſm quod tēporale vel variabile variatur temporale:ꝛ ſm idem etiā quando variatur:ꝛ sic aliud est ex preterito :aliud ex presenti:aliud ex futuro.

Lectio decimaoctaua.

A ¶Inest aūt qñ nō suscipere magis ꝛ minus. Nō enīz dies vel diurnus magis ꝛ minus die vel diurno dī:nec vnūqđq̄ diurnus alio: sic ꝛ de aliis.Quare ol qñ inest nō dici ꝑz magis ꝛ minus:qñ q̄dē nihil est cōtrariū:est etem quando:datur cñs vnū ꝛ idem:qñ de futuro ꝛ preterito.Impossibile est aūt duas de eodē predicari indiuiduo cōtrarietates tempore:Amplius aūt cōtraria nunq̄ in eodē erunt in simul:qñ aūt qđ ſm presens preteritū ꝛ futurum insimul erunt in eodem. Idem namq̄ quod est fuisse verum est esse ꝛ permansurum. Contrariorum vero rationis est nunq̄ in eodem simul consistere neq̄ de indiuiduo eodem dici et in eodem tēpore.Quare contrarietas in eo quod quando est ꝛ non enunciabitur.

B ¶Proprium aūt quod conuenit omni soli cius qđ est qñ est qđ inest ei quod est quando non suscipere magis ꝛ minus:sicut nec tempori conuenit magis vel minus suscipere. Non enim dies vna magis vel minus dicitur dies q̄ alia nec vna hora magis vel minus tēpus q̄ alia:ꝛ sic de aliis. Et similiter est in quando:non enim quando preteriri dicitur magis vel minus quando q̄ presentis vel futuri:nec tempus mensuratum dicitur secundum magis et minus

UVA. BHSC. IyR_118_1

ficut diurnū ꝯ alterum: nec vnum dicitur diurnius altero. Et similiter autē est de omnibus aliis: concluditur ergo generaliter q̄ omni quando inest nō suscipere magis ⁊ minus. ¶Et qz suscipere magis ⁊ minus causatur ab eo quod est non habere contrariū. Ideo etiā qñ nihil hz cōtrariū: ⁊ hoc est etiā ꝓpriū qñ qđ conuenit omni ⁊ nō soli. hoc aūt sic probatur. qz vnū ⁊ idem quādo quātū ad substātiā nūc ex quo relinquitur qñ ē ex presenti ⁊ futuro ⁊ ex preterito: qz idem qđ futurū est efficitur presens ⁊ preteritū. ⁊ hoc est ꝓpter id qđ est substātia temporis: qđ idem est in toto tēpore. de eodem aūt indiuisibili ꝑm substantiā impossibile ꝓdicari duas cōtrarietates: ⁊ cum ipsum predicetur de se impossibile qđ habeat cōtrariū qđ predicetur de eodem. Amplius aūt cōtraria in eodē nunc̄ insimul erunt: vnum enim natum est expellere alterū de eodē susceptibili. Qñ aūt qđ ꝑm pñs: ⁊ qđ est ꝑm preteritū: ⁊ qđ est ꝑm futurū in eodē insimul erunt: qz sicut dictū est qñ est nō in tēpore: sed in re tēporali: et ideo in vna ⁊ eadem re est quādo ꝑm futurum: ⁊ qñ ꝑm presens ⁊ qñ ꝑm preteritū ⁊ simul ⁊ semel dicitur qđ fuit futurū ⁊ est presens ⁊ trāsit in preteritū: hoc aūt esse non posset si esset vnum qñ cōtrariū alteri qñ ꝑm formā ⁊ speciē. Idem enim qđ est hoc fuisse verū est qđ est permansurū. Contrariorū aūt rō est nunc̄ in eodem simul existere: neq; dici de eodem ꝑm idem ⁊ in eodem tempore: ꝓpter qđ generaliter cōcluditur q̄ cōtrarietas in hoc genere qđ est quādo non annūciabitur. ¶Sunt tñ sophiste cōtra hec que dicta sunt disputantes dicentes tēpus esse cām corruptionis in omnibus in quibus est: vbicunq; est causa corruptionis ꝑm q̄ corruptio motus est vel mutatio est magis ⁊ minus et cōtrariū: videtur ergo q̄ tēpori cōueniat magis ⁊ minus suscipere: ⁊ cōtrariū Adhuc ad hoc inducūt q̄ tēpus facit distare a principio: distare aūt ꝑm magis ⁊ minus: tēpus igit̄ suscipere videtur magis ⁊ minus: ⁊ per cōsequēs quādo videtur magis ⁊ minus suscipere. ¶Ad hec dicēdū q̄ valde sophistica sunt q̄ inducūtur: sicut enim probatū est: ita qñ nec magis nec minus suscipit: nec cōtrariū hz ⁊ qñ dicitur q̄ tēpus est cā corruptiōis: hoc nō est verū: nec Aristo. hoc dicit simplr: sed q̄ est magis cā corruptionis ꝯ generationis: ⁊ hoc nō p se sz p motū cui⁹ est mēsura. Et silr etiā p motū est cā distātie a principio cōstētis: ⁊ ō nō sequit q̄ tps sz seipsum suscipiat magis ⁊ min⁹ vel cōtrarium. ¶Esh aūt notādū q̄ quāuis qñ nō hz cōtrariū nec suscipiat magis ⁊ minus: tñ idē qđ est qñ modos suscipit q̄ sunt modi q̄dē ꝓtrarij sicut pūctū idiuisibile ⁊ idē hz modū in quātis ⁊ modū finiētis siue terminātis: ꝑteritio em̄ ⁊ ꝓsentialitas ⁊ futuratio sunt modi oppositi: sz in talibus nō sunt forme: ⁊ species cōtrarie: nec pō esse in talibus magis ⁊ qđ est qđ nec hoc opz determinare: qz est manifestū ex p̄inductis: ⁊ hoc est qđ ꝓpriū est eius qđ qñ relinqui ex adiacētia tpis ⁊ nō esse in tēpore: sz in re tēporali ꝑm cōparationē quā hz ad tēpus vel ad tēporis differētias. Et tale ꝓpriū est etiā qñ succedat ad qñ sicut succedit tēpus ad tēpus: ⁊ alia simulia his q̄ oia facile est determinare ex p̄dictis: qñ em̄ sicut dictū est nō est tēpus: sed infectio q̄dā vel impressio relicta in eo quādo temporale est secundum quam ad tempus vel ad differētias tēporis hz referri: ⁊ ideo connectas habent rationes tempus ⁊ quando.

Obiectio.

Solutio.

Lectio decimanona

¶Est aūt qñ in oī eo qđ incipit esse vt corpus q̄dē vniuersum aliqñ est in tpe: suscipit em̄ tēporū alterationes. Alterat em̄ corpus in estate vere/hyeme/⁊ autūno. Silr aūt ⁊ animalia acutius q̄dā in hyeme q̄dā in estate: q̄dā in vere speculāt ꝑm istrumēti cōplexionē. Anima ei cōiūcta corpori imitat cōplexiones ipsius: vt q̄ arride vel gelide cōpagnationis demētiores seipsis in autūno fiūt sepe. Quibus vero

A

B

UVA. BHSC. IyR_118_1

sanguis principatur in vere. Similiter autem ⁊ in alijs secundū simi
litudinem complexionis animalium ⁊ temporum. Erit igitur in tem
pore: quicquid temporis suscipiens variatiões alteratur ꝑz tempus.
Huiusmodi vero sunt que dicta sunt. De paucis autem aut de nul
lis alijs conuenientius erit proferre.

C Si aūt querit in quo est vt in ꝓprio subiecto dicamus qō qñ q' ex 'tempore relinquit ꝓprie est in omni eo qō incipit esse: dico aūt incipere esse per naturā sicut incipiūt esse que generant vel fiūt per artē vel electionē siu evoluntate: vniuersalia em̄ sue habent principia inceptionis sicut priuationē ⁊ materiā: quecūq; aūt incipiunt quidē ei talia sue inceptionis nō habēt ꝓncipia: nō opz q' insit eis quando qō est ex tēpore: quāuis cōueniat eis qū eternitatis ⁊ eternitatis per distinctionē accidentalē qua distinguitur ad tēporis differentias sicut in antehabitis dictū est: talia autem sunt intelligentie ⁊ substātie corpo
D rum celestiū. Alia vero generabilia ⁊ corruptibilia ſm suas substantias ⁊ ſm suas actiones ⁊ opera qñ temporis suscipiūt: eo q' tempore variant. Cum aūt dicit Damascenus q' omne creabile variabile est: ⁊ hoc idem dicit Plato ⁊ dicit Boetius q' omne qō est circa primū est mutabile nō intelligitur de mutabilitate tēporis vel qñ: sed potius nature que causata est que ex se nō habet: vñ sit vel vnde stare possit. Sic ergo omne qō incipit habēs sue inceptiōis principia materiā ⁊ priuationē recipit in se qñ qō relinquitur ex tempore: tale autē est esse suū vniuersum corpus qō incipit modo predicto. aliter enim incipiens esse nō hz principia sue inceptionis intra se. ⁊ ideo de illis nō hz loqui phs: qz phs nō determinat aliq̄d nisi id qō sue determinationis ꝓncipia habet intra seipsum. sic igitur vniuersum corpus qō sic recipit aliqñ est. ⁊ est in tempore qō pbatur ex hoc q' temporū suscipit variationē periodi celestis: hoc em̄ corpus variat in estu estatis ad ariditatē ⁊ caliditatē: in vere ad calidū ⁊ humidū: et in autumno ad frigidū ⁊ siccum. ꝓpter qō tunc plante folia defluunt ⁊ destruū tur: in hyeme ad frigidū ⁊ humidū: vniuersalia em̄ per generationē incipien
E tia sic ſm tempora alterationes suscipiūt: ⁊ ideo de ipsis qñ denominatiue predicatur: sitr aūt est etiā in anima ſm q' ipsa attingit ad corpus sic incipiens: anima enim vt dicit in libro de causis est in orizonte eternitatis ⁊ temporis. ⁊ ideo in actionib⁹ ⁊ passionib⁹ suis attingit tempus: ⁊ sic etiā cōuenit ei quando: hoc aūt patet in anime parte speculatiua: que tñ magis separata videt esse a corpore cꝫ pars motiua que corpore vtitur in motu ſm partē speculatiua m videmus q' quidā acutius speculantur sicut melācholici in vere: eo q' tunc spiritus qui deferunt formas speculationis subtiliātur ⁊ mobiles fiunt ex calido ⁊ humectantur ex humido vt facilius formas recipiunt: ecōtra quidā in hyeme acutius speculantur: ⁊ illi sunt colerici: quibus calor in estate qñ cōmultiplicatur cōmiscet operationes ⁊ siccitas formarū impedit bonam receptionē: sed in hyeme vincente frigore tēperatur calor opationē cōmiscēs: ita vt nō cōmisceat: sed bene moueat ⁊ humore hyemis inducēte flegma temperatur siccitas ad bonā susceptionem ⁊ bonā retentionē ex naturali siccitate caloris. Quidam aūtē in estate acuti⁹ contemplantur sicut flegmatici: quorum frigus calido seu calore excellente temperatur vt bene moueat spiritus: ⁊ humor multus temperatur sicco: vt ⁊ bene recipiat ex naturali humido: ⁊ bene retineat ex temporali sicco. Quidam autez in autumno acutius speculantur vt sanguinei quibus calorem sanguinis temperat moderata autūni frigiditas: humorem autem sanguinis exuberantē ad temperantiā restringit moderata autūni

UVA. BHSC. IyR_118_1

siccitas: he aūt varietates sunt ꝑm varietatē instrumēti quo hoc est corporis quo ꝓ instr̄o operationib⁹ suis vtit̄ aīa ꝯiūcta corpori: sequit̄ em̄ aīa ꝯiuncta corpori corporis cōplexiones: ⁊ iō q̄ aride: siue sicce: siue gelide: siue frigide sūt cōplexionis: siue cōpaginis in corpore sepe fiunt demētiores seipsis in autūno: ita ꝙ minus tunc valēt in opationib⁹ mētis: eo ꝙ tēpus autūni multiplicat melancholiam q̄ spūs: hz obscuros et tacitos ⁊ frigore auget̄ frigus: ita ꝙ sistit motū spirituū ⁊ siccitas: tunc auget siccitatē cōplexionis ⁊ nō fit bone receptionis. Quib⁹ v̄o sanguis principatur in vere sunt seipsis demētiores: qꝛ tunc calor tēporis auget calorē cōplexionis: vt minus moueat: ⁊ ideo operationes permixtas facit ⁊ humor tēporis auget humorē cōplexionis vt quidē bene retineat: sed non bene teneat. Similiter est de alijs: qꝛ flegmatici in hyeme demētiores ꝓpter duplex frigus tēporis ⁊ cōplexionis qđ sistit motū spiritus ⁊ inspissat eūdem: et propter duplex humidum qđ facit non bene retinet formas. similiter aūt est alijs sumēdo attēdāt: similitudo cōplexionis aīaliū et tēporꝝ. erit ergo in tēpore quicq̄d tēporū suscipiēs variationes alterat̄ ꝑm tēporis aut tēporū qualitatē: siue illud sit in corporis cōplexione vel natura: siue etiam sit in operationibus vel passionibus anime.

¶ Lectio.xx.

A

¶ Ubi vero est circūscriptio corporis a circūscriptione loci ꝓueniēs Locus autē in eo ꝙ capit ei ⁊ circūscribit. Est ergo in loco quicquid a loco circūscribitur ⁊ complectitur. Non est aūt in eodē locus ⁊ vbi Locus aūt in eo ꝙ capit. Ubi vero in eo ꝙ circūscribitur ⁊ cōplectitur. Uidetur aūt non omni adesse. Anima enim nusq̄ꝫ est: nullum ei locuz occupat neqꝫ implet: animatū nāqꝫ aliud capere potest. Nūq̄ꝫ autem contingere palam est occupatum quidem aliquo locum capere aliud ⁊ cōplecti posse occupante permanente. Granuz em̄ modio aduenīēs retineri nō posset aere quo implebatur quiescēte. Aere em̄ expulso granum vtiqꝫ recipitur. Nequaq̄ꝫ igitur duo in eodem loco esse simul possunt: nec idem vnum in diuersis. Quamobrem nec anima quidem localis erit cum locum nullatenus occupet. Similiter autem ⁊ quecunqꝫ a corporis ratione dissentiunt loci carent circunscriptione.

B

C

¶ Ubi v̄o qđ causat̄ ab extrinsec⁹ adiacēti qđ adiacet ei qđ est nō adiacet sine duratiōe rei est circūscriptio corpis a loci circūscriptiōe ꝓcedēs. Dico aūt circūscriptionē corpis esse. corpis q̄dē talē ꝯueniētiā ꝑm qđ assignant̄ cōtēto p̄ncipiū ⁊ mediū ꝑm vltimū corpis cōtinētis: vt sicut totū est in toto: ita p̄muz sit in p̄mo: ⁊ mediū in medio ⁊ extremū in extremo: ⁊ indiuisibile in indiuisibili: ⁊ cōpositū in cōposito. Adhuc aūt intelligēdū qual̄r sit ⁊ qual̄r esse dicat in id qđ est vbi ꝑm ꝙ est: vbi intelligēdū est ꝙ circūscribi est figurari qđ ex toto cōtinet ad figurā cōtinēti ⁊ ecōuerso. Et iō est triplex circūscriptio. Est em̄ circunscriptio corpis ꝯtinētis. ⁊ hec est actio q̄dā: ⁊ est circūscriptio circūscripti: ⁊ est q̄dā passio: est em̄ circūscriptio ꝓcedēs ⁊ causata ab vtraqꝫ istarū: ⁊ hec cōmensuratio locati ad locū ꝑz quā loco in se ⁊ in cōmuni vel huic ꝑticulari loco cōparat̄. ⁊ hec circūscriptio est vbi ꝑz qđ est spāle p̄dicamētū: qꝛ hec est vna spērū entis q̄ est p̄dicamentuz qñ sub voce designat̄. hoc em̄ modo oē qđ est alicubi vbi dicitur esse. ⁊ hoc esse comparatum sic ad locum in nullo aliorum predicamentorū ponitur. sic ergo verum est qđ dicitur ꝙ vbi ꝑm qđ est predicamentuz

D

UVA. BHSC. IyR_118_1

circũscriptio est a loci circũscriptione ⁊ non a loco ⁊ nõ immediate a loco pre
E cedẽs. Cum igitur de tribus fit mentio de loco. s. ⁊ locato ⁊ de loci circunscri-
ptione. locus quidem secundum subiectum ⁊ substantiam est in corpore quod
capit hoc est qđ cõtinet ⁊ locat. est em̃ vltimũ corporis cõtinentis ⁊ ambientis
in quo capitur id qđ cõtinet: hoc est locatũ ⁊ circũscribit. et ex hoc sequit̃ ꝙ in
loco est quicquid a loco circũscribitur vt dictum est. Sicut aũt in antehabito
tractatu dictũ est nõ in eodẽ ꝑm substãtiã ⁊ sb̃m est loc⁹ ⁊ vbi: loc⁹ em̃ est in eo
qđ capit ⁊ cõtinet ⁊ circũscribit: vbi vero est in eo qđ capitur ⁊ cõtinet̃ ⁊ circũ
scribitur: ⁊ ab alio exteriori cõplectitur: locus autem non videt̃ adesse vel non
cõuenire anime vel alicui rei in corporee. Anima em̃ ⁊ alie substãtie incorpo-
ree nusq̃ est sicut in loco: ꝓpterea ꝙ nullum locũ occupat circũscriptiue: ita
ꝙ medium eius sit in medio ⁊ totũ in toto. Omne em̃ qđ sic occupãdo totũ in
loco ⁊ in toto in loco est locũ sic occupat ⁊ implet locũ: ꝙ si ipse locus si est il-
F lius rei ꝓprius locus aliud cũ illa re q̇dẽ q̃ eodẽ modo in eodẽ loco sic conti
nere non põt: ⁊ sic aĩa nullũ locũ occupat nec implet locũ aliquẽ. Animatũ au
tẽ plenũ anima prout aĩa est vite ⁊ motus principiũ localiter põt capere vt ci
bũ ⁊ potũ ⁊ aerem ad spirandũ. Anima igitur in ipso corpore nõ est sicut loca
tũ in loco: sed ipsa anima est in corpore sicut vite ⁊ motus principiũ. nullo em̃
modo cõtingere posset ꝙ locus impletur aliquo implẽte ipsum aliud cum illo
locato corpus capere possit: ⁊ cõplecti siue continere nisi id qđ prius occupa-
uerat ⁊ impleuerat prius cedet ⁊ aliud locum eius subintret: hoc autẽ patet ꝑ
exẽplũ. granũ em̃ modio adueniens. vt vasi ⁊ loco nullo modo recipit̃ in mo
dio sicut in vase ⁊ loco aere q̇ prius vas implebat in vase quiescẽte. ⁊ sic est de
vino ⁊ aq̃ ⁊ cado ⁊ oleo ⁊ de oĩbus alijs hmõi similibus: aere em̃ ꝑmo excusso
granũ ⁊ aliud in vase cõtinendũ: recipit̃ vtiq̃: qꝛ duo corpa in eodẽ loco esse
nõ pñt: qꝛ sicut ꝓbauim⁹ in. 4. physi. si duo corpora essent in eodẽ loco sequi
G tur de necessitate ꝙ duo corpora essent vnũ ⁊ idẽ corpus numero: sꝫ hoc hic
supponat̃: hoc em̃ ꝓbare est scie nãlis. Sicut aũt duo corpora nõ pñt simul eẽ
in eodẽ loco: ita quidẽ nec idẽ corpus põt esse in locis diuersis simul actu: cu-
ius ꝓbatio est: quia si est in vno loco ab alio separato: tũc termini illius cor-
poris sunt in loco cõtenti: ⁊ nihil de illo est extra ipsum. Si aũt hoc esset in lo
co alio existerẽt termini eius intra locũ illũ ⁊ extra. illũ qđ est intra vnũ totũ
⁊ ꝑm se intra vnũ ⁊ nõ intra aliud cõsistere simul ⁊ semel: qđ est affirmationem
⁊ negationẽ đ eodẽ simul veram esse: qđ est impoſe. ergo ⁊ hoc est impossibile.
ꝙ idẽ corp⁹ in diuersis locis simul possit existere. Ex hoc aũt sequit̃ ꝙ aĩa nul
latenus erit localis cũ nullũ locũ occupet ⁊ impleat sicut locatũ implet ⁊ oc-
cupat locũ. Similiter oĩa q̃ a corporis rõne ꝑm quãtitatẽ diffiniunt̃ dicẽdo ꝙ
corp⁹ est mẽsuratũ dimẽsiõe tertia dissentiũt siue recedũt. sꝫ sicut simplicia ⁊
indiuisibilia ꝑꝫ quãtitatẽ diffiniũt̃ in nullo sunt sicut in loco: carent enim oĩa
talia loci circũscriptiõe: qꝛ nõ pñt assignari ꝑncipiũ ⁊ mediũ ⁊ vltimum in lo-
co: hoc est igitur vbi ꝑm ꝙ est predicamentum vel principium.

Lectio vigesimaprima.

A questio ¶ Mouet aũt quis qõnẽ fortasse idẽ in diuersis ⁊ pluribus cõclu-
dẽs: etem̃ vox in auribus diuersorũ est: vox aũt ⁊ si aer nõ sit esse nõ
poterit: ⁊ in auribus diuersorũ est. Quare dicit̃ ⁊ corpus idẽ esse in
diuersis locis. Vox. n. oĩno vna ⁊ eadẽ in diuersis q̇dẽ aeris ꝑtibus
esse nõ põt. Cõcedẽtibus itaq̃ nobis vnã ⁊ eandẽ vocẽ oĩo in auri-
bus diuersorũ sentiri vtiq̃ ⁊ cõfiteri opꝫ oĩno vnam particulã aeris
ad aures diuersorũ ꝑuenire. Simpliciter aũt vnũ ⁊ idẽ in pluribus
totũ impossibile est inueniri. Quãobrẽ etiã cõcedere cogimur. vel di

UVA. BHSC. IyR_118_1

uersum quidē in auribus diuersorū sentiri: vel vnū ⁊ idē oīno in pluribus locis relinqui. Eligitur quidem: diuersorū aūt sensus esse imaginabiliter se generantiū ⁊ similiter quare ⁊ vox quedam non aīalis est. Ea enim que imaginabiliter fit similiter animalis nō est: qm̄ ab animali nō profertur. Ad hoc autem dicimus omnē vocem animalis esse. Quis enim vocem ab initio audiuit in silentio quidem simpliciter aīaliuz. Quare vox quidem animalis dicitur quicumq; quidem ab ipso proferente fit: vnius ergo vox ad aures diuersorum dirigitur: vna autem ⁊ eadem non contingens est. Solutio.

¶ Potest aūt aliq̄s mouere dubitationē de his q̄ dicta sunt ꝙ nō pōt idē corpus in diuersis locis esse simul ⁊ semel: vox em̄ in auribus diuersorū est simul ⁊ semel: vox aūt cū sit aer ictus vt dicit Priscia. sine aere nūq̄ ⁊ nusq̄ esse poterit: ergo nec in auribus est sine aere: ergo ⁊ aer ictus est in auribus diuersorū. Cū igitur vna vox formetur in aere, vno: ⁊ eodē modo videbitur vnus: ⁊ idē aer numero esse in auribus diuersorū: aer autē corpus. Idē ergo ⁊ vnū numero corpus simul ⁊ semel vr̄ esse in locis multis ⁊ diuersis. ¶ Ad hec aūt soluētes dicimus ꝙ vox oratio vna ⁊ eadē simul ⁊ semel in diuersis aeris partibus nec formari necesse possit. Si vero cōcedamus vnā ⁊ eandē vocē numero simul ⁊ semel sentiri in auribus: obligati etiā erimus cōcedere vnā ⁊ eandē particulā aeris: in que vox illa formatur ad aures diuersorū: ⁊ in locis diuersis simul ⁊ semel peruenire ⁊ in auribus diuersorū esse: sz hoc est impossibile: quia impoſe est venire id qđ est simpliciter vnū ⁊ idē corpus numrro posse esse simul: ⁊ totū in pluribus locis: q ⁊ impossiblle est ipsum esse alibi q̄ vbi est: ad hoc deducti sumus ꝙ de duobus alterū neecesse cōcedere est. s. aut ꝙ diuersa sunt que vocante vno aliquo in auribus diuersorū sentiunt̄: aut ꝙ vnū ⁊ idē corpus numero in pluribus locis ⁊ diuersis simul ⁊ semel inueniatur. Eligit̄ autem a quolibet recte philosophāte ꝙ diuersa sunt que sentiuntur a diuersis: ⁊ sunt diuersa numero non figura vocis ⁊ spē: nec diuersa accentu sicut acumine vocis vel grossitie: sed sunt diuersa numero ad vnā figuram vocis: que primi vocantis vox figurata formata ⁊ vno acumine ⁊ grossitie generata: et hoc imaginabiliter: ⁊ similiter vnam vocem ab illa generari ad prime vocis imaginem ⁊ similitudinem: ⁊ sic diuersa sunt que sentiuntur: quorū tñ quodlibet sentitur imaginem ⁊ similitudinem vocis que primi vocantis est ꝓpter qđ idem in auribus non sentitur. Ex hoc aūt sequitur ꝙ scđa ⁊ tertia: ⁊ sic deinceps vox in aere imaginatur: ⁊ similiter formata a voce primi vocantis non est immediate vox aīalis ab ipso vocante animali formata: eo ꝙ ab aīali immediate non profertur: ⁊ sic sequitur ꝙ aliqua vox sit que non sit animalis vox: qđ est cōtrarium his que in lib. de aīa. tractatur: vbi dr̄ vox est sonus ab ore animalis prolatus ⁊c. Ad hoc autem dicimus ꝙ omnis vox est animalis vocantis: nec aliquis ab initio audiuit vnq̄ vocem: cum omnia silerēt animalia: siue in animalium silentio: ꝑꝑ qđ ⁊ animalis esse dr̄ omnis vox: eo ꝙ omnis vox generatur proferente et vocante aliquo animali. Originaliter autez et causaliter omnis vox que auditur a pluribus est aīalis ⁊ vna similitudine ⁊ figura et accentu. Subaliter aūt per sb̄am materie in qua formantur plures sunt voces formate in omni circunciso aere: et sic vniuscuiusq; aīalis vox ad aures diuersorum dirigitur: q̄ originaliter vnius est: sed nō contingēs: sed est potius impossibile ꝙ vna numero vox sit simul in auribus diuersorum: et hec est solutio dubitationis. ¶ Est tñ hic attēdēdū ꝙ q̄dā sunt in loco ꝑ se: et q̄dā ꝑ aliud vel ꝑ accn̄s. Per se em̄ sunt in loco ea que scribuntur a loco in p̄ncipiū

B Questio

Solutio

C

D

UVA. BHSC. IyR_118_1

medium et vltimum ꝑm loci particulas describitur:et hec sunt corpora in exterioribus suis continente indigentia ꝑm naturam:quorum motus est ad locum sicut ad generans saluans. Per accideus autem et per aliud sunt in loco quecunq; non sunt ita circunscriptibilia:vel sunt in his vel sunt eorum que circunscribuntur per locum a circunferentibus:sicut anima et accidētia corporis. Anima enim non est in corpore sicut in loco:sed sicut principium vite et motus:et ideo corpus non terminatur ei sicut locus:et ideo neq; est in loco sicut vbiq; in ipso:nec sicut in ipso alicui existens:hoc est sicut in ipso sicut in eo quo operatur operatione essentiali operationes principij vite ⁊ motus: et ꝑm hoc est in toto tota:est autem viuere multiplex:scilicet vegetari loco moueri sentire et intelligere:qui sunt actus spiritualis vite qui fiunt spiritualib⁹ potentijs et organis:et scd̄m hoc non est in tota toto: sed in vno est membro quo ad vnum:et ī altero quo ad alterum. Sic ergo anima non est in loco nisi per accidens et per aliud. quia scilicet corpus est in loco quo ipsa est nō sicut in loco:sed sicut in eo qd̄ viuificat ⁊ mouet. accidentia enim corporis per accidens sunt in loco:⁊ in loco per accidens ꝑm magis et minus:per accidens em̄ sunt sicut quedam accidentia situalia vt linea superficies: ⁊ generaliter quātitas et qualitas:situalis vt albedo sapor et odor:et huiusmodi que ī magno sunt maiora:et in paruo minora:et hec minus per accidens sunt in loco q̄ ea que situalia non sunt:vt scientia virtus ⁊ huiusmodi:eorum autem que sunt per accidens in loco:sicut species visibilium que sunt in aere non in loco:sed potius sunt in ipso sicut medio deferēte:et quia aer deferens est in loco: ideo etiam ista per accidens dicuntur esse in loco:et quia aer deferens simul videtur esse in oculis multorum loco distātium:ideo eadem questio est de visis in diuersis locis:et in diuersis oculis que est de auditis auribus diuersorum: et q̄uis visibile sit in aere perspicuo scd̄m esse spirituale: sonus autem scd̄m esse plus materiale:tamen scd̄m esse spirituale non potest vnum et idem terminatum simul esse in diuersis locis:nisi illud sit in diuersis locis in quo est: siue ꝑm esse materiale siue ꝑm spirituale. sensibile enim non est substantia vt per se existere possit:sed semp oportet ꝙ sit in aliquo sicut in subiecto. Et ideo oportet illud dubitabile soluere sicut prius ꝙ vnum. s. generatur ab alio ad imaginem et similitudinem ipsius:et sic originaliter est vnum: materialiter autem multa ꝙ est in sensibus diuersorum:talia autem sunt in loco per accidens:et ideo diuersificantur per materiam quando sunt in locis diuersis. Jo. autem Damascenus dicit quedam esse in loco diffinitiue: et hec quidem essentialiter non sunt in loco:sed q̄tum est de se sunt vbiq; et semper:quia nullū locū neq; aliquam differentiam temporis in suo esse determinant. sicut intelligentie et substantie que dicuntur angeli:que q̄uis ex se sibi locū non determinent:tamen per materiā circa quam operantur ad locum referūtur. sunt em̄ essentialiter ibi vbi operātur siue sensibiliter siue ītellectualiter siue spiritualiter operentur:et quia hec in loco sunt gratia alterius: ideo per aliud referuntur ad locum:per aliud aūt referri notat Aristo. per accidens:sunt etiam in loco que nullo istorum modorum sunt in loco:sed sunt in aliquo eorum ad que referūtur loci principia:sicut punctus et superficies et linea sunt in loco: sunt enim principia copulationis dimensionum loci ad dimensiones locati:eo ꝙ dictū est in predicamentis particule loci copulantur ad eūdem cōmunem terminū ad quem et particule locati copulantur:eo ꝙ vna numero est distantia loci et locati. ¶ His itaq; modis ailquid dicitur esse in loco:non autem hic distinguimus omnes modos quibus aliquid dicitur esse in aliquo: quia hec magis pertinent ad quartū physicorum:⁊ non ad logicum:sed ex dictis ꝑ tz ꝙ aliquid per se ⁊ proprie dicitur esse in loco qd̄ sic refert̄ ad locum ꝙ indiuisibile

UVA. BHSC. IyR_118_1

quo copulatur locus: sicut punctus refertur ad indiuisibile quo copulatur locatū ⁊ longitudo loci ad longitudinē locati: ⁊ latitudo loci ad latitudinē locati: ⁊ profundum vnius ad profunduz alterius: ⁊ hec circūscriptio actiue in loco est: vel sicut in forma: possunt autem sumi sicut in formato in locato: et sic ꝑm eundē cōparabile est locatū ad locum ⁊ hanc cōparationē dicit vbi ꝑm ꝙ est punctū. Et sic pōt quilibet aduertere qualiter particule essentiales corporis q̄ti locati copulantur particulis loci: puncta enim locati aptantur punctis loci ⁊ linea lineis: ⁊ superficies superficiebus: ⁊ ꝓfunda ꝓfundis: ⁊ vt breuiter dicant̄: dimēsiones dimēsionibus ⁊ diametra diametris: ⁊ ex hoc ꝙ duo corpora simul in eodem loco esse non possunt: quia sequeretur ꝙ puncti ⁊ dimensiones duorum corporum efficerētur essentialiter eedem: ⁊ sic duo corpora essent essentialiter vnum corpus qđ est impossibile. hoc autem demonstrari habet in. iiij. physicorum. eorū etiā que sunt in loco per se multi sunt modi: vt in sufficientia dicit Auic. de quibus nos in sequentibus faciemus mentionez q̄tum ad presentem spectat intentionem: eo ꝙ eorum subtilis tractatus pertinet ad scientiā physicorum.

Lectio. xxij.

autem omni.c.necesse est.a.alicui.b.contingere non inesse: erit ergo rursum prima figura per conuersionem. Si autem vtreq; priuatiue ponantur ex his quidem que sumpta sunt non necessarium: conuersis autem propositionibus erit syllogismus: quēadmodum in prioribus. Si enim.a.⁊.b.contingunt.c.non inesse.si transmutatur autem omni.c. necesse est.a.alicui.b.contingere non inesse: erit rursus prima figura per conuersionem. Si autem hic quidem terminorum vniuersalis: ille vero perticularis: eodem modo se habentibus terminis quo in inesse ⁊ erit et non erit syllogismus. Contingat enim.a. omni quidem.c.b.autem alicui.c.inesse: erit ergo rursum prima figura particulari propositione conuersa. Nam si.a.omni.c.c.autem alicui.b.et.a.alicui.b.contingit. Et si ad.b.c.ponatur vniuersalis similiter.similiter autem et si.a.c.quidem.priuatiua sit.b.c.autem affirmatiua: erit enim rursum prima figura per conuersionem. Si autem vtreq; priuatiue ponatur hoc quidem vniuersaliter: illa vero particulariter: per ea quidem que sumpta sunt non erit syllogismus: conuersis autē propositiōibus erit quemadmodum in prioribus. Quādo autem vtreq; indefinite vel particulares sumuntur non erit syllogismus. etenim necesse est.a.omni et nulli.b.inesse. Termini inesse: animal: hō: album. Non inesse: equus: hō: album. Medium albū.

¶Rubrica.

¶hic deficit cōplementū huius capituli.⁊ totum qđ sequitur in translatione Boetij vsq; ad illud capitulum. quoniam igitur qui in his figuris syllogismi ⁊ etiam prima pars illius capituli.

B ¶Sequitur autem ſm hanc translationem. Capitulum.xxv.



In postrema aūt figura ⁊ vtrisq; ꝓpositiōib⁹ existētib⁹ de cōtingēti ⁊ altera.s.vl̄i erit syll̄s ꝯcludēs de cōtingēti. Et qñ hec q̄dē ꝓpōnū fuerit de ꝯtingēti: ⁊ hec de inesse: sil̄r erit cōclusio de cōtingēti: vt infra ostendetur. Quando autem altera ponit̄ necessaria si fuerit affirmatiua ꝓpositio de necessario erit ꝯclusio de contigenti altera.s.ꝓpōne existēti hmōi: vt ifra.⁊ nō erit ꝯcl̄o necessaria neq; iuēta. Si aūt fuerit p̄uatiua ꝓpō necessaria erit ꝯclo đ iesse negatiua sicut accidebat i figura p̄ma cū erat mixtio necessarij ⁊ ꝯtingētis. Et sumit̄ hec ꝯtingēs sicut acceptū fuit in p̄cedētib⁹.⁊ hec est vl̄is itētio sua i hoc capl̄o quā sic sequit̄. Sint ergo p̄mo ꝓpōnes in hac figura tertia ꝯtingēte: vt dicat̄ oē.c.ꝯtingit esse.a.oē c.ꝯtingit esse.b.ergo.b.ꝯtingit eē.a.⁊ hec ꝯcl̄o est manifesta: ⁊ reducit̄ i tertiuz prime figure: ⁊ sic ex ꝯuersa minore q̄ est.oē.c.ꝯtingit eē.b.⁊ dicat̄.oē.c.ꝯtingit esse.a.⁊ qđdā.b.ꝯtigit eē.c.ergo qđdā.b.ꝯtingit eē.a. Deide subiūxit scđz syll̄z hui⁹ figure tertie: dicēs nullū.c.ꝯtingit eē.a.⁊ oē.c.ꝯtigit eē.b.ergo qđdā.b.cōtingit nō eē.a.⁊ hec est euidēs ꝯuersa minore: vt dicat̄ nullū.c.ꝯtingēter est.a. qđdā.b.ꝯtingēter est.c.ergo qđdā.b.ꝯtingēter nō ē.a. hic em̄ est quart⁹ p̄me figure. Si ꝓpōnes ābe vl̄es ponunt̄ negatiue ꝑ ꝓpōnes q̄dē hmōi nō erit syll̄s nisi ꝯuertat̄ in oppositā q̄litatē aut ambe aut altera. Et fiunt syllogismi predicti: vt si dicatur nullū.c.cōtingit eē.a.nullū.c.cōtingit eē.b.his em̄ vtrisq; conuersis dicet̄.omne.c.cōtingit eē.a.⁊ omne.c.cōtingit eē.b.⁊ hic est primus huius figure qui perficitur per tertium prime figure. Et cum conuertitur altera solum: scilicet minor fit secundus huius figure.⁊ perficitur per quartum prime figure. Et postq̄ posuit syllogismos q̄ habent duas ꝑmixtas vniuersales

UVA. BHSC. IyR_118_1

ponit syllgismos qui habent solum alterā propositionem vniuersalez dicens q si termini sumantur hic sicut sumebantur in mixtione contingentis ⁊ inesse in prima figura quidem erit ⁊ non erit syllogismus de contingenti: ⁊ erit quidem semper quando propositio vniuersalis sumitur de contingenti in hac figura: siue hec ponatur maior siue minor: siue affirmatiua: siue negatiua. Si tamen particularis sumitur de contingenti solum: non sequitur conclusio de vero contingenti sicut accidebat in prima figura: ⁊ causa posita est ibi Et Aristoteles exemplificat quomodo fiant syllogismi veri dicens: omne .c. contingit esse .a. quoddam .c. centingit esse .b. ⁊ quoddam .b. contingit esse .a. hic enim est quartus huius figure qui perficitur conuersione minoris. vt dicatur omne .c. contingit esse .a. quoddam .b. contingit esse .c. ergo quoddam .b. contingit esse .a. ⁊ hic est tertius prime figure. Et similiter accidit cum ponitur minor vniuersalis de contingenti ⁊ maior particularis: conuersa enim particulari ⁊ transposita fiet tertius modus prime figure: vt dicatur: quoddam .b. contingit esse .a. ⁊ omne .b. contingit esse .c. ergo quddam .c. contingit esse .a Dicatur ergo omne .b. contingit esse .c. quoddam .a. contingit esse .b. ergo qōdam .a. contingit esse .c. ⁊ cum conuertitur hec cōclusio: ⁊ habetur quod intenditur: ergo quoddam .c. contingit esse .a. ⁊ sic accidit cum accipiuntur vtreq; propositiones affirmatiue. Similiter accidit cum sumitur maior priuatiua ⁊ minor affirmatiua: quia si sumatur maior priuatiua ⁊ vniuersalis de contingenti ⁊ minor affirmatiua: vt dicatur: nullum .c. contingit esse .a. ⁊ quoddam .c. contingit esse .b. sequitur. ergo quoddam .b. contingit esse .a. cum enim conuertitur minor habetur per quartum prime figure eadem conclusio: ⁊ si sumatur priuatiua particularis maior: ⁊ hic est quintus: vt dicatur. quoddam .c. cōtingit non esse .a. omne .c. contingit esse .b. ergo quoddam .b. contingit nō esse .a. habetur eadem conclusio cum conuertitur maior in oppositam qualitatem ⁊ transponitur: vt dicatur omne .c. contingit esse .b. ⁊ quoddam .a. contingit esse .c. ergo quoddam .a. contingit esse .b. ⁊ cum conuertitur habetur: ergo quoddam .b. contingit esse .a. verum hec non est conclusio quam intendimus: sed sequens est illam: quia si cōtingat: quoddam .b. non esse .a. contingit quoddaz .b. esse .a. ⁊ conuertitur: quia si contingit quoddam .b. esse .a. contingit quoddā .b. non esse .a. Et cum fuerint vtreq; negatiue propositiones scz vniuersalis ⁊ particularis ⁊ syllogismus ⁊ conuertitur in oppositam qualitatem: sicut accidebat illud in vniuersalibus id est cum sumebantur vtreq; propositiones vniuersales. Sed cum fuerint vtreq; propositiones idefinite aut singulares: aut vna indefinita: ⁊ alia singularis: non erit syllogismus. Et illud probatur ex materijs: ⁊ terminj ostendentes inesse necessario sunt animal: homo: album: ⁊ non inesse necessario: equus homo album ⁊ album est medium: quia quoddā album contingit esse animal: ⁊ quoddam album contingit esse hominem: ⁊ homo necessario est animal: ⁊ quoddam album centingit esse hominem: ⁊ quoddam album contingit esse equum. nullus equus est homo necessario.

Capitulum xxvj.

Mixtio contingentis ⁊ inesse i tertia figura.

SI autē hec q̄dē propositionū inesse: illa vero contingere significat: conclusio quidem erit: quoniam cōtingit ⁊ nō quoniam inest. Syllogismus autem erit eodemmodo se habentibus terminis: vt in prioribus. Sint enim primum quidem predicatiue ⁊ .a. quidem oi .c. insit .b. aūt contingat oi inesse: puerla ergo .b. .c. erit prima figura ⁊ ocko qm̄ con

UVA. BHSC. IyR_118_1

tingit alicui.b.ineſſe.Cū enim altera ꝓpoſitionū ſignificauerit contingens in prima ⁊ cōcło erit cōtingēs:ſilr aūt ⁊ ſi.b.c.q̄dē ineſſe.a.
A c.aūt ꝓtingere:⁊ in.a.c.q̄dē priuatiua.b.c.aut p̄dicatiua:inſit alterutrū vtrūuis ꝓtingēs erit ꝛcło.fit eſſi rurſum prima figura. Oſtenſum eſt aūt qm̄ qm̄ altera ꝓpoſitio ſignificet ꝓtingere in ipſa ⁊ cōclusio erit ꝓtingens.Si aūt ꝓtingēs priuatiua ponaꝫ ad minorē extremitatē aut in vtraq; ſumaꝫ priuatiua per ea quidē q̄ poſita ſunt nō erit ſyllogiſm⁹:querſis aūt erit quēadmodū ⁊ in priorib⁹:ſi aūt hec q̄dē ꝓpoſitionū fuerit vlis:illa vero particularis vtriſq; q̄dē predicatiuis aut vniuerſali quidē priuatiua.particulari aūt affirmatiua:idez erit modus ſyllogiſmoꝝ:oēs enim claudunt̄ per primā figurā.Quare manifeſtū:qm̄ ei⁹q̄ eſt ꝓtingere ⁊ nō ineſſe/erit ſyllogiſmus.Sit aūt affirmatiua q̄dē vniuerſalis:priuatiua aūt particularis p impoſſibile erit demōſtratio.Inſit enim.b.q̄dē oi.c.a.aūt cōtingat alicui.c, nō ineſſe.neceſſe ergo.a.alicui.b.contingere non ineſſe. Nam ſi oi.b, ineſt.a.ex neceſſitate.b.aūt oi.c.poſitū eſt ineſſe.a.oi.c. ex neceſſitate inerit.hoc aūt oſtēſum eſt prius.ſed poſitū erat alicui ꝓtingere nō ineſſe.Quando autem indefinite vel particulares ſumuntur vtraq; non erit ſyllogiſmus:demonſtratio autem eadem que ⁊ in vniuerſalibus ⁊ per eoſdem terminos.

B Sermo in mixtione propoſitionis inuente cum propoſitione de cōtingēti.

Capitulum. 26.

Si aūt hec q̄dē ꝓpōnū ineſſe illa vero ſignificat cōtingere:cōclusio erit cōtingēs ⁊ nō de ineſſe: ⁊ eſt in hac figura ſicut erat in prima cū in illa erāt termini ꝓpōnū ſicut in iſta:⁊ ſicut ibi erat cōclusio de vero cōtingēti maioꝛe exiſtēte de cōtingēti: ita ⁊ hec: q̄ maioꝛe ⁊ vli exiſtēte hmōi erit cōclusio hmōi:ſz in p̄ia figura maioꝛe exiſtente de ineſſe:minoꝛe aūt de cōtingenti nō ſequit cōclusio cōtingentis:qđ diſtinxim⁹ ſupra.Et ſilr cū hec ſumit ꝓpō de cōtingēti que nō ſit maioꝛ cū reducit in primā figuram nō eſt cōclusio veri cōtingentis:⁊ radix hec ⁊ ibi eſt vna:dicit igitur.omne.c.eſt.a.⁊ omne.c.contingit eſſe.b.ergo quoddaꝫ b.contingit eſſe.a.cum enim conuertitur hic.omne.c.cōtingit eſſe.b.habetur: quoddam.b.contingit eſſe.c.⁊ omne.c.eſt.a.ergo ſit tertius p̄me figure. Et ſimiliter accidit cum dicitur.omne.c.cōtingit eſſe.a.⁊ omne.c.eſt.b.ergo quoddam.b.contingit eſſe.a.quia conuertitur hec.omne.c.eſt.b.habetur hec:quoddam.b.eſt.c.⁊ erat nobiſcum.omne.c.contingit eſſe.a. ergo quoddam.b. contingit eſſe.a.⁊ hec eſt concluſio veri contingentis.Et ſicut eſt cum vtraq; ſunt affirmatiue:ita accidit ſi maioꝛ ſumatur priuatiua ⁊ minoꝛ affirmatiua.vt dicatur nullum.c.eſt.a.omne.c. contingit eſſe.b. ergo quoddam.b. contingit non eſſe. a.cum enim conuertitur minoꝛ redit in quartum p̄me: ⁊ ſimiliter cum maioꝛ ſumitur de contingenti: niſi quia tunc eſt concluſio veri contingentis.Si autem minoꝛ propoſitio ſumatur priuatiua:aut q; vtraq; ſit priuatiua palam:quia non erit ſyllogiſmus niſi imperfectus:quia perficitur cū conuerſione propoſitionum in oppoſitam qualitatem primo ⁊ poſt reducitur in figuram primam.conditio enim huius figure eſt ſicut p̄me:quia minoꝛe exiſtente negatiua velvtraq; nihil ſequitur aut q; conuertitur minoꝛ ſolum in oppoſitam qualitatem:quia tunc redit i quartuꝫ p̄me figure ſi antē altera propoſitionum fuerit vniuerſalis ⁊ altera particularis:ſi vtraq; erunt

UVA. BHSC. IyR_118_1

predicatine: vt dicatur quoddam. c. cõtingit esse. a. ⁊ omne. c. est. b. ergo quoddam. b. contingit esse. a. ⁊ cum transponunt positiones. vt dicat omne. c. est. b. ⁊ cõuertitur particularis: ⁊ dicitur quoddã. a. cõtingit esse. c. sequtur. ergo quoddam. a. cõtingit esse. b. ⁊ conuertitur hec conclusio habetur primo. quoddam. b. contingit esse. a. Et similiter cum ponitur maior vniuersalis ⁊ minor particularis: ⁊ dicitur. omne. c. contingit esse. a. quoddam. c. est. b. ergo quoddam b. contingit esse. a. conuersa enim minore redit in tertium prime: sed si vniuersalis quidem sumatur priuatiua ⁊ particularis affirmatiua idem est modus syllogizandi: q⁹ conuersa particularis redit in quartũ prime figure: vt dicat nullum. c. contingit esse. a. quoddam. c. est. b. ergo quoddam. b. contingit non esse. a. cum enim cõuertitur minor ⁊ dicitur quoddã. b. est. c. ⁊ erat nobiscũ nullum. c. ptingit esse. a. sequitur quoddã. b. contingit nõ esse. a. ⁊ hic est sextus huius figure qui sic reducitur: sed in quinto modo huius figure est quedam diuersitas: q⁹ probatur per impossibile: vt dicatur. quoddam. c. contingit nõ esse a. ⁊ omne. c. est. b. ergo quoddam. b. contingit non esse. a. hec enim non potest reduci conuersione propositionum in primam figuram: q⁹ conuersa vniuersalis sunt due particulares: ex quibus nihil sequitur. q⁹ si minor poneretur conuerti esset minor priuatiua in prima figura. Et Aristo. assumit contradictoria equipollentis cõclusioni: equipollet enim huic conclusioni: quoddam. b. contingit non esse. a. non necesse est: quoddam. b. esse. a. ⁊ huius contradictoria est necesse est omne. b. esse. a. Dicatur igitur. omne. b. necesse est esse. a. ⁊ omne. c. est b. ergo necesse est omne. c. esse. a. sed positum erat quoddam. c. cõtigere nõ esse a. Et cum sumuntur particulares aut indefinite propositiones in hac mixtione aut vna particularis: ⁊ alia indefinita non erit syllogismus omnino.

A Mixtio necessarij ⁊ ptingẽtis i tertia figura.

Capitulum. xxvij.

SI autem est hec quidem propositionum necessaria: illa vero cõtingens: si predicatiui sint termini semper et quod est contingere erit syllogismus: quando autẽ fuerit hec quidem predicatiuus: ille vero priuatiuus: si sit affirmatiuus quidem necessarius eius quod est cõtingere non inesse. Si autem priuatiuus et eius quod est contingere non inesse ⁊ non inesse. Eius autem quod est ex necessitate. b. non inesse / non erit syllogismus sicut nec in aliis figuris. Sint ergo predicatiui termini primum ⁊ a. c. omni insit: ex necessitate autem omni. c. contingat inesse. Quoniam ergo. a. omni. c. necessario inest. c. autem alicui. b. contingens: ⁊. a. alicui. b. contingens erit: ⁊ non existens. sic enim accidit in prima figura: similiter autem ostendetur et si. b. c. quidem ponatur necessaria. a. c. autem contingens. Rursum sic hoc quidem predicatiuum: illud vero priuatiuum: necessarium autem predicatiuum. ⁊. a. quidem contingat nulli. c. inesse. b. autem omni insit ex necessitate: erit ergo rursum prima figura: nam priuatiua propositio contingere significat manifestum igitur quoniam conclusio erit contingens. Cum enim sic se habebant propositiones in prima figura et conclusio erat contingens. Si autem priuatiua propositio sit necessaria ⁊ pcto erit: qñ alicui contingit non inesse: et quoniam non inest. Ponatur enim. a. inesse nulli. c. ex necessi-

UVA. BHSC. IyR_118_1

tate.b.autem contingere:conuersa ergo.b.c. affirmatiua prima erit figura ⁊ necessaria priuatiua propositio. Cum autem sic se habebāt propositiones accidebat.a.contingere nō ineſſe alicui.c.⁊ nō ineſſe. Quare ⁊.a.neceſſe eſt alicui.b.non ineſſe. Quando autem priuatiua ponitur ad minorem extremitatem ſi cōtingens quidem erit ſyllogiſmus tranſumpta propoſitione:quemadmodum ⁊ in prioribus. Si autem neceſſarium non erit:etenim neceſſe eſt omni ⁊ nulli contingit ineſſe. Termini autem omni ineſſe ſomnus equus dormire homo. Nulli ineſſe ſomnus equus vigilans homo. Similiter autem ſe habebit:⁊ ſi hic quidem terminorum ſit vniuerſalis:ille vero particularis ad medium. Nam ſi vtricꝫ ſint predicatiui eius quod eſt cōtingere.⁊ non eius quod eſt ineſſe erit ſyllogiſmus. Et quando hoc quidem priuatiuum ſumitur:illud vero affirmatiuum. neceſſarium autem affirmatiuum. Quando autem priuatiuum neceſſarium: et concluſio erit eius quod eſt non ineſſe. Nam idem erit modus demōſtrationis:⁊ cum vniuerſales ſint termini:neceſſe enim eſt per p̄mā figuram perfici ſyllogiſmus. Quare vt illis ⁊ in illis ⁊ in his neceſſarium accidere. Quando autem priuatiuum fuerit vniuerſaliter ſumptum ad minorem extremitatem ſi contingens quidem erit ſyllogiſmus per conuerſionem. Si autem neceſſe non erit. oſtendetur autē
B eodem modo quo ⁊ in vniuerſalibus ⁊ per eoſdem terminos. Manifeſtum ergo in hac figura quando ⁊ quomodo erit ſyllogiſmus:⁊ quando eius quod eſt contingere: et quando eius quod eſt ineſſe. Palam autem et quoniam omnes imperfecti:et quoniā omnes perficiuntur per primam figuram.

Sermo in mixtione neceſſaria ⁊ contingenti in figura tertia. Capitulum. xxvij.

C Si autem hec quidem propoſitionum eſt neceſſaria illa vero contingens: ſi termini propoſitionum ſunt predicatiui erit ſemper concluſio veri contingētis. Et ſimiliter quando vna propoſitionum fuerit priuatiua ⁊ alia predicatiua:ſi predicatio ſit de contingenti erit concluſio:quoniam contingenter non de neceſſitate:et non erit concluſio:quoniam ex neceſſitate non eſt:quia quod ex neceſſitate non eſſe nobiliter eſt impoſſibile eſſe. Et cā quare ſecundum hanc ordinationem terminorum ſequitur concluſio veri contingentis eſt:quia cum conuertitur propoſitio neceſſaria redit in figuram primam et eſt maior in ca de contingenti.⁊ ibi oſtenſum eſt:q̄ maiore exiſtente de contingenti:minore autem de neceſſario ſemper ſequitur concluſio veri contingentis. verum ſi maior fuerit neceſſaria:minor autem de contingenti oſtenſum eſt quod ſequitur concluſio duplex:⁊ ſimiliter accidit in hac figura:et radix vtrobiꝫ eſt vna.et Ariſtoteles exemplificat hec in hunc modum.omne.c.ex neceſſitate eſt.a. omne.c. contingit eſſe.b. ergo quoddam.b. contingit eſſe.a.et ſimiliter ponatur

UVA. BHSC. IyR_118_1

maior de contingenti: et minor necessaria vt dicatur omne. c. contingit esse. a. et quoddam. b. necessario est. c. ergo quoddam. a. contingit esse. a. quia cõuertitur propositio necessaria et redit prima figura quo ad tertium modum: ꝛ est maior in ea vniuersalis de contingenti: vt dicatur omne. c. contingit esse. b. quoddam. a. ex necessitate est. c. ergo quoddam contingit esse. c. b. et cum cõuertitur habetur. ergo quoddam. b. contingit esse. a. Et similiter cum ponitur maior de contingenti et dicatur. omne. c. contingit esse. a. quoddam. b. de necessitate est. c. ergo quoddam. b. contingit esse. a. et hic est primus modus huius figure: qui duplex variatur vt nunc dictum est: et similiter accidit in secũdo modo huius figure: cum ponitur propositio priuatiua de contingenti vt dicat. nullum. c. contingit esse. a. et omne. c. necessario est. b. ergo quoddam. b. contingit non esse. a. cum enim conuertitur minor ꝛ dicitur. nullũ. c. contingit esse. a. et quoddam. b. necessario est. sequitur: ergo quoddam. b. contingit non esse. a. sic enim sequitur in quarto prime figure. Et si ponat maior priuatiua de necessario: et minor affirmatiua de contingenti: sequitur conclusio dupler: quia sic accidebat in prima figura cum talis erat terminorum ordinatio: et causaꝫ considera ibi: et est conclusio: quoniam contingit non inesse: et quoniam non inest et reductio fit conuersa minore vniuersali affirmatiua de contingenti vt dicatur. nullum. c. ex necessitate est. a. quoddam. b. contingit esse. c. ergo quoddam. b. contingit non esse. a. Sed cum minor propositio sumatur priuatiua de contingenti: palam quia non erit syllogismus concludens: quia minor debet esse affirmatiua in hac figura nisi conuertatur minor in oppositam qualitatem: et postea reductio fiat in primam figuram conuersione propositionuꝫ in terminis. vt dictum est prius: verum si minor fuerit priuatiua et de necessario maior: aut sit predicatiua et de contingenti non erit syllogismus omnino: sicut apparet ex materijs vt dicatur omnem hominem dormientem contingit esse somniantem: ꝛ nullus homo dormiens de necessitate est equus dormiens ergo quendam equum dormientem contingit non esse somniantem: ꝛ hoc est falsum: quia omnem equum dormientem contingit esse somniantem: ꝛ iteruꝫ omnem hominem contingit esse somniantez: ꝛ nullus homo de necessitate est equus vigilans: ꝛ sequitur ꝙ impossibile est aliquem equum esse vigilantem ꝛ somniantem: ergo quendam equum vigilantem contingit non esse somniantem: ꝛ hoc est falsum: quia impossibile est aliquem equũ vigilantem esse somniantem. Et cum sequitur omni ꝛ nulli inesse palam ꝙ non est ordo ſſyllogiſticus. Et sermo qui habitus in syllogismis vniuersalibus sufficiens est ad comprehensionẽ sermonis qui est in syllogismis particularibus in omnibus semper est sic sumptis propositionibus ꝙ conuersione alterius redeant in primã figuram. ita ꝙ ad maiorem propositionem ponatur contingens erit siquidez conclusio de vero contingenti. Aliter autem sumptis propositionibus erit cõclusio dupler: : sic terminatur hec pars in qua docuit generationem syllogismorum secundum ꝙ miscentur propositiones. scilicet de contingenti necessario ꝛ de inesse. Et similiter docuit cum sumuntur solum de contingenti ꝛ solum de inesse: ꝛ solum de necessario in tribus figuris: ꝛ cum nondum fuerit certificatum non sit alia figura vel ꝙ dispositio terminorum ab istis tribus: vult certificare ꝙ syllogismus naturalis non est nisi in his tribus figuris: nam si in ueniretur figura quarta vt Sa'enus dixit esset diminutum dictum Arist. quia non docuit in illa generationem syllogismorum.

D Saleĩ figura. 4. nõ inuenitur.

¶ Capitulum. Vigemumoctauum.

UVA. BHSC. IyR_118_1

Sill'sonsiuus.

Quoniam igitur qui in his figuris sunt syllogismi perficiuntur per eos qui in prima sunt figura vniuersales syllogismos: ⁊ in hos reducuntur: palam ex predictis est. Quoniam autem simpliciter omnis syllogismus sic se habebit nunc erit manifestum cum ostensum fuerit omnem fieri per aliquam istarum figurarū. Necesse est ergo oēz demōstrationē esse oēm syll'z aut inesse quidē: aut nō inesse mōstrare. ⁊ hoc aut particulariter: aut vniuersaliter. Ampli⁹ aūt ostēsiue aut ex hypothesi. Eius aūt qđ est ex hypothesi pars est qui per impol'e. Primū ergo dicemus de ostēsiuis: his.n. ostēsis manifestū erit ⁊ in his qui sunt ad impol'e: ⁊ omnino de his q̄ ex hypothesi. Si ergo oporteat.a.de.b.syllogizare vel inesse vel nō inesse necesse est sumere aliq̄d de aliquo. Si ergo sumatur.a.d.b.qđ ex principio est erit sumptū: si aūt.a.de.c.c.aūt de nullo nec aliud de illo: neq; de.a.alterū nullus erit syll'us. Nā in eo ꝙ vnuz de vno sumit̄ nihil accidit ex necessitate. Quare assumēda est altera ꝓpositio. Si igit̄ assumat̄.a.de alio: aut aliud de.a.aut de.c.alteruz: syll'm quidē esse nihil ꝓhibet: ad.b.aūt non erit ꝑ ea q̄ sumpta sunt: nec qñ.c.inest alteri: ⁊ illud alij: ⁊ hoc alteri: nō copulet̄ aūt ad.b.nec sic erit ad.b.syll's eius qđ est.a. Oīno.n.dicimus: qm̄ null⁹ vnq̄ erit syll's alio de alio nō sumpto aliquo medio qđ ad vtrumq; se hz quoquo mō predicationib⁹. Nā syll's quidē simpl'r ex ꝓpositionibus est. Ad hoc aūt syll's ex ꝓpositionib⁹ q̄ ad hoc. q̄ aūt hui⁹ est ad hoc per ꝓpositiones hui⁹ ad hoc impol'e aūt ad.b.sumere ꝓpositionē nihil predicātes de eo neq; negātes. Aut rursuz ei⁹ qđ est.a.ad.b.nihil cōmune sumētes: sz vtriusq; priuatim q̄dā predicātes aut negātes quare sumēdū aliqđ mediū vtrisq; qđ copulet p̄dicatiōes: si erit hui⁹ ad hoc syll's: ergo si necesse est aliq̄d sumere ad vtraq; cōmune. Hoc autē cōtingit tripl'r. aut em̄.a.de.c.⁊.c.de.b.predicātes aut.c.de vtrisq; aut vtraq; de.c. he aūt sunt tres dicte figure. Manifestū qm̄ omnem syll'm necesse est fieri per aliquā harū figurarū. Nā eadē ratio est: ⁊ si per plura copulet̄ ad.b.eadē em̄ erit figura ⁊ in plurib⁹. Qm̄ igitur ostensiui terminantur per predictas figuras manifestum est.

¶ Capitulum. 28. Arist.

Et dixit. Qm̄ igit̄ syllogismi qui sunt in his figuris ꝑficiūtur ꝑ syll'os q̄ sunt in p̄ma figura: ⁊ maxie ꝑ duos vl'es planū est ꝑ ea q̄ dicta sunt. ⁊ ꝙ oīs syll's sil'r reducat̄ ⁊ ꝑficiat̄ manifestabimus nūc ostēdendo ꝙ nō est alius syllogism⁹ a syll'is dictis in trib⁹ figuris qꝛ oīs syllogismus vel demōstratio nō concludit nisi aut vniuersalē aut particularē: ⁊ hoc aut affirmationē: aut negationē: ⁊ he cōclusiones nō cōcludunt̄ via naturali: nisi ꝑ syllogismos dictos in tribus figuris: ⁊ oēs reducunt̄ in syllogismos p̄me figure. Et dicit vl'r ꝙ oīs syllogismus sic cōcludit ⁊ sic reducit̄: qꝛ ostēsiui ⁊ q̄ ex hypothesi syllogizāt ꝯclu-

UVA. BHSC. IyR_118_1

dunt aliqd ineſſe alicui: vel illud nō ineſſe illi: & hoc vlr aut particulariter & in aliqua triū figurarū. Et hoc certificabit oſtēſo quid ſyllogizēt: & quo ſyllogiſmi ex hypotheſi, pcedūt: & q nō eſt figura quarta: nec alia oīno a dictis figuris & primū ad hoc eſt: qz opz neceſſario q in quolibet ſyllogiſmo ſint due ppoſitiones & tres termini qui iunguntur admiuicē: qō eſt: qz ſi debemus ſyllogizare. a. de. b. ideſt q. a. inſit. b. vniuerſaliter: aut particulariter: aut q nō inſit: oportet nos affirmare aliā propoſitionē ab iſta: qz ſi nō aſſumeretur alia: tunc idez eſſet cauſa oſtēſiua ſuipſius: & nō fieret notū nobis illud per notius: quare peteretur principium. Quod ſi ſumatur. a. predicatur de alio. a. b. vt dicas de. c. & dicatur omne. c. eſſe. a. & non ſumatur aliquis terminus qui predicetur de. a. nec de quo predicatur. a. Et ſimiliter nō ſumatur aliquis terminus qui predicetur de. a. palam: quia nō pronemet aliquid ſyllogiſtice: quia ex vno nō cauſatur habitudo ſyllogiſtica omnino. Et propter hoc oportet q ſumatur propoſitio altera: quia debet eſſe communio in propoſitionibus. Verum ſi aſſumatur propoſitio alia: & quia de. a. predicatur aliud: & ſimiliter de. c. nihil quidem prohibet ſic ordinatis propoſitionibus eſſe ſyllogiſmum: verūtamen non erit ſyll's. ſuper queſitū erat eīm ſi. a. inerat. b. vel nō inerat vniuerſaliter vel particulariter: & ſi ſumatur quidē. a. de. c. vt q: dicatur omne. c. eſt. a. & iterum ſumatur. a predicari de alio. a. c. vt dicatur de. d. & dicas: nullum. d. eſt. a. erit ſecūda figura. Et ſi ſumatur. a. predicari de. c. a. b. de. a. erit pma figura: vt dicatur: oē. a. eſt. b. & omne. c. eſt. a. ergo &c. Et ſimiliter accidit cum alterum ſumatur de. c. ꝛ. a. vt dicatur. omne. c. eſt. a. & omne. c. eſt. d. & erit tertia figura: & cum poſſunt ſic fieri ſyllogiſmi in tribus figuris: ſed non ſuper queſitum. Quare opotet q ſi debet eſſe ſyllogiſmus ſuper queſitum q aſſumatur terminus duabus extremitatibus ratione cuius perueniat habitudo ſyllogiſtica. Iterum hec non contingit niſi tripliciter ſm ſemitam naturalem. quia aut illud medium intelligitur in vna propoſitione & in alia predicari: aut qz predicatur de vtriſq; extremitatibus: aut quia ſubijcitur vtriſq;: ſic enim cōtingit medium coniunge re extrema. Et qō dixit Salen' q poteſt intelligi quarta diſpoſitio vt q medium predicetur de maiori extremitate & ſubijciatur minori. Illud eſt contra rationes omnino: quia ſic accidit predicari idem de ſeipſo: & erit idem in ratione predicati & ſubiecti: quia in omni queſito naturaliter eſt vnum ſubiectuz & aliud predicatum. & queſituz eſt maior extremitas & id de qno eſt minor. Cū ergo ſumitur terminus qui predicatur de maiori extremitate: & qui ſubijcitur minori: tunc prouenit q idem ſit ſubiectuz & predicatū: ſicut videres ſi in hoc queſito: vtrum homo eſt animal: aſſumatur medium quod predicatur de animali: & ſubijciatur homini: illud enim quod predicatur de animali: ſi ſubijciat homini: & ipſuz animal ſubijcietur ſibi ſimiliter: & ſic illud qō eſt predicatū naturaliter in queſito fiet ſubiectū & erit idē reſpectu cuiſdē ſubiectū & pdicatuz.

F Digreſſio Salenū de ẽrta figura p quo Uq; de ẽt ſuprīa diligreſſiõe poſt ca. 14. Et. I cõ. ſequẽ ti immediate p hoc.

Capitulum Vigeſimumnonum.



Quoniam autẽ & hi qui ad impoſſibile palam erit per hec. Omnes enim qui per impoſſibile probant: falſuz quidem ſyllogizant. quod autem ex principio erat ex hypotheſi monſtrant. quum accidit aliquod impoſſibile poſita contradictione: vt quoniam diameter eſt incommenſurabilis coſte: eo quod fiunt abundan-

A Syllus ex hypotheſi.

UVA. BHSC. IyR_118_1

tia equalia paribus posito commensurabili: ergo equalia quidem fieri abundantia perfectis syllogizant. Vssimetrum autem esse diametrum ex hypothesi monstrant: quoniam accidit falsum propter cõtradictionem. Hoc enim fuit per impossibile syllogizare ostendere aliquid impossibile propter a principio hypothesim.



¶Capitulum Vigesimumnonum.



B Tcum sit iam ostensum q nõ est ni si triplex figura: z de syllogismis ostensiuis monstratum sit quod fiunt solum in his figuris. Nunc ostendendum est de his syllogismis qui syllogizant ex hypothesi: vtputa syllogismi qui per impossibile probantur cuiuscunq; ipsorum de suo compari est manifestum: quod non sequitur ex hoc vt sit.a.commune.b.z predicatum affirmando aut negando de.b.non communicat.g.b.et si acceperimus.a.communicans.d. per predicationem cuiusdam eorum de quodam: manifestum est etiam q; erit ex hoc syllogismus: nisi quia non erit syllogismus supra illud quod queritur scilicet supra inuentionem.a.in.b.aut negationem eius ab eo.z si nos acceperimus duos terminos communicantes vni extremitatum vsq; in infinitum preter quod communicetur alij extremitati sit sicut accipiamus.a.commune ad.g.z.g.d.z.c.z non sequitur quidem ex illo vt sit.a.communicans.b.siue predicationem affirmatiue siue negatiue donec non est.a.communicans.b.Sed syllogismus quidem inde terminatus erit quidem ex propositionibus indeterminatis.scilicet quia syllogismus qui erit super non quesito determinato erit quidem ex propositionibus indefinitis. Sed syllogismus quidem determinatus.scilicet ille qui est super quesito determinato oportet vt componatur ex propositionibus determinatis communicantibus extremitatibus quesiti: z propter hec quidem oportet vt sit syllogismus determinatus ad minus compositus quilibet ex duabus propositionibus communicantibus in termino medio z diuersis in extremitatibus quesiti: z si non: non est possibile: vt ostendatur q; aliquid sit predicatuz de aliquo propter predicationem alicuius de aliquo ita vt sit.a.communicãs g.z.g.communicans.b.tunc enim oportet q; sit.a.communicans.b.Jam ergo ostensum est ex hoc q; omnis syllogismus erit quidem ex duabus propositionibus et tribus terminis: termino minori medio z maiori. Et de syllogismis quidem predicatiuis compositis super quesitum determinatum est manifestum tam: z ideo verificatur idem illud in syllogismis qui aliquid ostendũt per viam contrarij: quoniam illi syllogizantes falsum syllogizant: vt syllogismi predicatiui: vt quia ducunt ad inconueniens propter falsum datum: sicut dicatur q; diameter est commensurabilis coste: cum sit verum: quia diameter quadrati cuiuscunq; sit incommensurabilis: quia infertur ex hoc falso dato q; sit proportio quadrati lateris ad quadratum diametri proportio numeri quadrati ad numerum quadratum. Jamq; dictum est q; syllogismi cathegorici terminantur figura prima secunda z tertia: quia non inuenitur figura quarta: z hoc

UVA. BHSC. IyR_118_1

est manifestum ex termino medio accepto cum extremitatibus: sicut si accipiamus: ⁊ cum. b. ⁊. a. que sunt extremitates quesiti non euadit a tribus figuris vel dispositionibus: aut vt sit subiectum extremitati maior predicatum de minori: sicut si sit. a. dictum de. g. ⁊. g. dictum de. b. ⁊ hec est figura prima: aut sit predicatum de ambabus: ⁊ hec est figura secunda: aut sit subiectum eius: ⁊ hec est figura tertia. ¶ Sed ꝙ accipiatur predicatum maioris ⁊ subiectuꝫ minoris nõ est pole: qꝛ predicatũ de maiori est p̃dicatũ de minori cũ sit maior predicatuꝫ in quesito, per naturã de minori: erit ergo aliq̃d idẽ predicatũ de seipso qđ est impossibile: hoc est cum attenditur terminus medius secundum quesitum determinatum: sed cum attenditur secundum communitatem concludetur non quesitum quod est conuersum eius: ⁊ super istum modũ est vt numeretur hec compositio figura quarta: sicut posuit eam Galenus: ⁊ erit quidem syllogismus in ea super non quesitum determinatum: ⁊ per hoc non cadit super eum cogitatio per naturam: neq̃ accipitur in locutione syllogistica nec demonstratiua neq̃ putatiua. ¶ Jam ergo ostensum est ex hoc dicto ꝙ omnis syllogismꝰ cathegoricus erit necessario vno horum modorum trium: ⁊ si quesitum vnum ⁊ idem ostendatur per media multa: sicut si ostendatur ꝙ. a. sit inuentum in. b. per inuentionem. a. in. g. ⁊. g. in. d. ⁊. d. in. e. ⁊. e. in. b. ⁊ ꝙ syllogismus contrarij quidem sit compositus ex vna harum trium figurarum.

C Digressio ꝯtra Galenũ In q̃rta figura ꝯcludit nõ quesitum.

¶ Capitulum de syllogismo hypotetico xxx.

Quare quoniam falsus sit syllogismus ostensiuus in his que ad impossibile deducuntur. Quod autem est ex principio / ex hypotesi monstratur. Ostensiuos autem prius diximus: quoniaꝫ per has terminantur figuras. manifestum quoniam ⁊ per impossibile syllogismi per has erunt figuras. Similiter autem ⁊ alij omnes qui sunt ex hypotesi. in omnibus enim syllogismus fit ad transumptum. Quod autem erat ex principio per confessionem terminatur / aut aliquam aliam hypotesim. Si autem hoc verum necesse est omnium demonstrationem ⁊ omnem syllogismum fieri per tres figuras predictas.

A

Hoc autez ostenso palam qm̃ omnis syllogismus perficitur per primam figuram ⁊ reducitur in huius vniuersales syllogismos. Amplius autem in omni / oportet aliquem terminorum predicatiuum esse ⁊ vniuersalem esse siue em̃ vniuersali aut non sit syllogismus: aut non ad hoc quod positum est: aut quod ex principio erat petetur: ponatur enim musicam voluptatem esse studiosam. Si ergo posuerit quis voluptatem esse studiosam non addens omnem non erit syllogismꝰ Si autem aliquam voluptatem: si aliam quidem nihil: ad hoc qđ positũ est. Si aũt ipsaꝫ hãc qđ ex p̃ricipio erat sumet. Magis aũt fit mãifestũ ĩ figurꝭ: vt qm̃ equi erurꝭ eq̃les sunt ãguliq̃ sunt ad basiꝫ

B De q̃litate ⁊ q̃ntitate terminorũ sylli.

UVA. BHSC. IyR_118_1

sint in centrū ducte.a.b.si ergo equalem sumpserit.a.c.angulū ei qđ est.b.d. non oīno ponēs equales eos q̄ sunt semicirculorū.z rursum.c.et qđ est.d.nō omnez assumens eū qui est incisionis. Amplius ab equalibꝫ exūtibꝫ totis angulis equalibus dēptis equales esse reliquos.e.f. qđ ex principio erat ptz nisi sumat ab eq̄libus:equalibus dēptis equalia reliqui. Manifestum ergo qm̄ in oī opz vniuersale esse:z qm̄ vniuersale quidē ex oībus terminis vniuersalibꝫ mō-



C stratur particulare aūt z sic z illo modo.quare si cōclusio sit vniuersalis:et terminos necesse est vniuersales esse. Si autem vniuersales sint termini: cōtingit z cōclusionē nō esse vniuersalē.



D Palā etiā quoniā z in oī syllogismo aut vtrāq; aut alterā propōnē similē necesse fieri cōclusioni. Dico aūt non solū in eo q̄ affirmatiua sit vel negatiua:sz i eo q̄ necessaria aut inesse aut ꝓtinget. Cōsidera re aūt opz z alia p̄dicamēta. Manifestū autē z simplr qm̄ erit et qm̄ nō erit syllogismus:z quando possibilis et quando perfectus. Et quoniam si est syllogismus:necesse est terminos se habere sm̄ aliquem dictorum modorum.

E

Demonstratio oīs tribus terminis cōstat.

Palā aūt z qm̄ oīs demōstratio erit p tres terminos et non plures nisi p alia z alia eadē cōclusio fiat:vt.e.z p.a.b.z per c.d.aut p.a.b.z.a.c.z.b.c.plura em̄ media eorūdē eē nihil phībet:hec aūt cū sint nō vnus:sz plures sunt syllogismi: aut eorū que sunt qm̄ vtrūq; rursum.a.b.sumit p syllogismū:vt.a.p c.d.z rursum.b.p.f.g.aut ꝺ hoc quidē inductione:illud aūt syll'o:sz et sic plures syllogismi.plures enim cōclones sunt:vt.a.b.z.c.si autē nō plures sz vna. sic quidē ꝓtingit p plures eādē fieri cōclonē:vt aūt.e. per.a.b.impoſe. Sit em̄.e.cōclusum ex.a.b.c.d.ergo necesse est aliqđ eoz aliud ad aliud sumptū esse hoc q̄dē vt totū. illud ꝺo vt pars. hoc em̄ ostēsum est prius:qm̄-si est syllogism⁹ necesse est sic aliquos habere terminoz.ḥz ergo.a.se sic ad.b.est igit aliq̄d ex eis cōclusio: ergo aut.e.aut eoz q̄ sunt.c.d.alterū aut aliud q̄d pter hec:z si.e.q̄dē ex.a.b.tm̄ erit syllogism⁹.c.d.aūt siquidē se habeāt sic: vt sit hoc quidē:vt totū:illud ꝺo vt pars:erit aliq̄d z ex illis:z aut.e.aut eorū que sunt.a.b.alterū aut ad aliud quid pter hec.z si.e.quidem aut eoz que sunt.a.b.alterū aut plures erūt syllogismi:aut vt continge bat:idē p plures terminos cōcludit accidit. Si aūt aliud quidē pter

UVA. BHSC. IyR_118_1

hec plures erunt et incōiuncti syllogismi adinuicem. Si autem non sic se habeat. c. ad. d. vt faciat syllogismum frustra erunt sumpta: nisi inductionis aut celationis: aut alicuius alius talium gratia. Si aūt ex. a. b. non. e. sed aliud quid fiat conclusio ex. c. d. aut horum alterū: aut aliud preter hec: et plures sint syllogismi: et non eius qō suppositum est sub. Ponebatur enim eius qō est. e. esse syllogismum. Si aūt non fiat ex. c. d. e. nulla conclusio et vane sumpta esse ea accidit: et nō ad id qō est ex principio esse syllogismū. Quare manifestum quoniā omnis demonstratio et omnis syllogismus erit per tres terminos tātum. Hoc autem manifesto existente palam quoniam ex duab⁹ propositionibus et non pluribus. Nam tres termini due sunt propositiones nisi assumantur quemadmodum in prioribus dictum est ad perfectionem syllogismorum. Manifestum igitur quoniam in qua oratione syllogistica non pares sunt propositiones per quas fit conclusio principalis: quasdam enim cōclusionū superiorū necessariū esse ꝓpositiones. Hec oratio aut non syllogizata est: aut plura necessarius interrogauit ad positionē: An igitur principales ꝓpōes sumptis syllogismis erit omnis syllogismus ex propositionibus quidē perfectis: ex terminis autem abundantibus: vno enim plures sunt termini propositionibus. conclusiones autem dimidietas propositionū. Quando autem per ante syllogismos concludūtur: aut per plura media non continua: vt. a. modo per. c. d. et multitudo quidem terminorum vno similiter superabit propositiones: aut enim extrinsecus aut ad medium ponetur intercidēs terminus: vtroq; modo au-

F



UVA. BHSC. IyR_118_1

tem accidit vno minori esse interualla q̃ terminos. Propositiones autem equales sunt interuallis: non tamen quidem semper perfecte erunt. Illi vero abundantes: sed permutatim. Cum propositiones quidem sunt perfecte abundantes termini: cum vero termini perfecti abundantes propositiones. Simul enim cum vno termino vna additur propositio vndecunq; addatur terminus. quare quoniam he quidem perfecte: ille vero abundantes erant: necesse est transmutari eadem additione facta. Conclusiones autem non iam habebũt eundem ordinem: neq; ad terminos: neq; ad propositiones. Uno em̃ termino addito conclusiones adiungentur vno pauciores preexistentibus terminis: ad solum enim vltimum non facit conclusionẽ: ad alios autem omnes: vt si eis que sunt. a. b. c. adiaceat. d. statim et conclusiones due adiacent que ad ea et que ad. b. similiter autem ⁊



in alijs. Si autem ad medium intercidat eodem modo. Ad vnum enim solum non faciet syllogismum. Quare multo plures cõclusiones et terminis erunt et propositionibus.

De ꝓblematib⁹ i vnaq̃q; figura facile et difficile ꝯstruendis ⁊ destruendis.

Quoniam autem habemus de quibus fiunt syllogismi ⁊ quales in vnaquaq; figura: et quot modis monstratur: manifestum nobis est. Et que propositio facile: et que difficile argumentabilis est/nam que in pluribus figuris ⁊ per plures propositiones concluditur. faciles. que autem in paucis et per pauciores difficilius argumentabilis: ergo affirmatiua quidem vniuersalis per primam figuram tantũ mõstratur. Et per hanc solummodo. Priuatiua vero et per primam: et
g per mediam: per primam quidem simpliciter: per mediam autem dupliciter. Particularis autem affirmatiua per primam et per postremam. simpliciter quidem per primam. tripliciter vero per postremã. Priuatiua vero particularis in omnibus figuris monstratur. verũ in prima quidem semel. in media autem et postrema: in hac quidem
h dupliciter: in illa autem tripliciter. Manifestum igitur quoniam vniuersalem affirmatiuam construere quidem difficillimum. destruere autem facillimum. Omnino autem est interimenti quidem vniuersalia q̃ particularia facilius. Etenim si nulli et si alicui non insit in-

UVA. BHSC. IyR_118_1

teremptum est: horum autem alicui quidem non in omnibus figuris monstratur. nulli autem in duabus. Eodem autem modo et in priuatiis. etenim et si omni et si alicui interemptum est quod est ex principio. hoc autem erat in duabus figuris. In particularibus autem solummodo aut omni aut nulli ostendentem inesse. construenti autem facilliora sunt particularia. Nam et in pluribus figuris ꝛ per plures propositiones. Omnino autem oportet non latere: quoniam destruere quidem per se inuicem est et vniuersalia per particularia ꝛ hec per vniuersalia. construere autem non est per particularia vniuersale. per illa vero hec est. nam et si omni et alicui: simul autē manifestum quoniam destruere ꝫ cōstruere facilius. Quomodo ergo sit omnis syllogismus: et per quot terminos et propositiones: ꝛ quo modo se habentes inuicem. Amplius autem quod problema i vnaquaꝫ figura: ꝛ que in pluribus: et que in paucioribus monstraretur palam est ex his que dicta sunt. 3

Quomodo autem abundantes erimus semper syllogismorum ad positum: et per quam viā sumemus que circa vnūquodq; sunt principia necessaria dicendum. Non enim solum oportet fortasse generationem considerare syllogismorum: sed et potentiam habere faciendi. omnium igitur que sunt hec sunt talia vt de nullo alio predicentur vniuersaliter: vt cleon et callias: et quod singulare et sensibile est: de his autem alia. Nam homo et animal et vtraq; horum est. illa vero ipsa quidem de aliis predicā tur. De his autem alia priora non predicantur: alia autem et ipsa de aliis et alia de ipsis vt homo de callia / et de homine animal. Quoniam ergo quedam eorum que sunt de nullo nata sunt dici palam. Nā sensibiliū pene vnūquodq; est huiusmodi vt de nullo predicetur nisi scōm accidens. dicimus enim quodq; album illud Socratem esse et veniens Calliam. Quoniam autem in sursum per gentibus statur quandoq; rursum dicemus: nunc autem sit hic positum de his: ergo non est demonstrare predicatum alterum nisi secūdum opinionem. Sed hoc de aliis. Neq; singularia de aliis: sed alia de ipsis que autem in medio fiunt manifestum quoniam vtrumq; contingit. Nam et hec de aliis et alia de his dicentur et pene considerationes ꝛ rationes sunt maxime de his. Oportet ergo propositiones circa vnumquodq; sic sumere proponentem ipsum prius et diffinitiones et quecunq; propria sunt rei. deinde post hec quecunq; sequūtur rem: ꝛ rursum que res sequitur et quecunq; non contingat inesse quibus autem ipsum non contingit non sumendum eo ꝙ conuertitur priuatiua diuidenda autem est. Et eorum que sequuntur quecūq; in eo qō quid est: ꝛ quecunq; ꝓpria: ꝛ quecūq; vt accidentia predicantur. et horum que scōm opinionem. ꝛ que secundū veritatem. 4 De abūdantia ꝓpoñ.

UVA. BHSC. IyR_118_1

Quanto enim plurium talium abundans fuerit quis citius inueniet conclusiones: quanto autē verioꝝ magis demonstrabit. Oportet autem eligere non que sequuntur quid: sed quecunq; totam rem sequuntur vt nō aliquem hominem: sed quod omnem hominem sequitur. Per vniuersales enim propositiones syllogismus fit. Quādo ergo est indefinitum incertum si vniuersalis est propositio. Cum verum diffinitum manifestum. Similiter autem eligendum et que ipsum sequitur tota propter eandem causam. Ipsum autem qō sequitur non est sumendum totum sequi: dico autem vt hominē omne animal: aut musicam omnē disciplinam. Sed tantum simpliciter sequi quēadmodum et protendimus. etenim inutile alterum ꝛ impossibile: vt omnem hominem esse omne animal. vel iustitiam omne bonum. Sed cui consequens est in illo omni dicitur. Quando autem ab aliquo continetur subiectum cuius consequentia oportet sumere que vniuersale sequuntur aut nō sequuntur non eligendum in his. sumpta enim sunt in illis. quecūq; enim animel et hominem sequūtur et quecunq; non insunt similiter. Que autem circa vnūquodq; sunt propria sumendum. sunt enim quedam speciei propria preter genus. necesse enim est diuersis specieb⁹ quedam propria inesse. Necꝝ autem vniuersale eligendū que sequitur hoc qō cōtinet. vt animal qō sequitur hō. Necesse enim si hominē sequitur animal et hec oia sequi conuenientiora autē hominis electioni. Sumēda aūt ꝛ que vt plurimū cōsequuntur ꝛ que sequuntur vt plurimū nāq; problematū et syllogismus ex his que vtplurimum sunt propositionibus aut oībus aut aliquibus. Syllogismus enim est vniuscuiusq; conclusio principijs. amplius que omniū ꝺsequētia sunt nō eligendū: non em erit syllogismus ex ipsis: ob quā aūt causam in sequētibus erit manifestū. Cōstruere igitur volētib⁹ de aliquo toto eius quidē qō construitur inspicēdū ad subiecta: de quib⁹ ipsum ōr. De quo autē opꝛ predicari quecūq; hic sequunt. Si enim aliqō horū sit idē necesse est alteri alterū esse. Si autē nō qm oi: sed qm alicui q̄ sequit vtrumq;. Si em aliqō horū idē necesse est alicui esse: qñ aūt nulli oportet esse: cui quidē opꝛ nō esse ad sequētia. Qō autē opꝛ nō inesse ad ea que non contingunt ipsi: aut conuersim: cui quidem oportet non inesse ad ea que nō cōtingūt inesse: qō ꝺo nō inesse ad sequētia. Hā si hec sunt eadem horū alterutra nulli cōtingit alterū alteri inesse. fit quandoq; quidem in prima figura syllogismus. Quādoq; aūt in media. Si autē alicui non inesse cui quidem oportet nō inesse quib⁹ consequēs est. Qō ꝺo nō inesse q̄ nō possibile est ipsi inesse. Si enim aliqō hoꝝ sit idē necesse est alicui nō inesse. magis aūt fortasse erit sic vnūquodq; eorū que dicta sunt manifestū: sunt enim sequentia: a. quidē in quibus. b. quibus autem ipsum sequitur in quib⁹. c. que autē nō contingit ei inesse in quib⁹. d. Rursum autem. e. que quidem insunt

Medij reperiēdi regle quinq;.

in quibus

UVA. BHSC. IyR_118_1

in quibus.f. quibus autem ipsum sequitur in quibus.g. que autem non cõtingit ei ineſſe in q̃bus.h. Si igit idẽ erit aliq̃ eoꝝ q̃ sunt.c. alicui eorum que sunt.f. neceſſe eſt.a. omni.e. ineſſe: nam.f. quidem omni.e.c. autem omni.a. quare omni.e. ineſt .a. ſi autem.c. ꝛ.g. idem neceſſe eſt alicui.e. ineſſe: nam id quod eſt.c.a. id vero quod eſt. g. e. omne ſequitur. Si autem.f. ꝛ .d. ſint idem nulli.e. inerit.a. ex pro ſyllogiſtiſmo. Quoniam enim conuertitur priuatiua ꝛ.f. ei quod eſt. d. idem nulli.f. inerit. a.f. autem omni.e. Rurſus ſi.b. ꝛ.h. idem nulli.e. inerit.a. nam.b.a. quidem omni. ei autem in quo eſt. e. nulli inerit: idem enim erat ei quod eſt.h.h. autem nulli.e. inerit: ſi autem.d. ꝛ.g. idem. a. alicui.c. non inerit. Nã ei quod eſt.g. non inerit: quoniã neq̃.d.g. autem ſub.e. eſt quare alicui.e. non inerit: ſi autem ei quod eſt.g. ſit.b. idem conuerſus fit ſyllogiſtiſmus. Nam .g. inerit. a . omni: nam.b. ei quod eſt. a. e. autem ei quod eſt. b. idem enim erat ei quod eſt. g .g. autem ei quod eſt. e. omni quidem non neceſſarium eſt ineſſe: alicui autem neceſſarium eo q̃ conuertit vniuerſale predicatiuum in particulare.

Manifeſtuz ergo qñ ad p̃dicta pſpicẽdũ vtriuſq̃ i vnaq̃q̃ qõne: p hec eñ ois ſyll's. Opz aũt ꝛ ſequẽtiũ ꝛ q̃bus conſequẽs ẽ ſingulũ ad p̃ma ꝛ vꝫ maxie iſpicere vt. e. qdem magis ad. r. f. q̃ ad. f. ſolũ ipſius: a. aũt ad. r. c. q̃ ad ſolum Si enim et quod eſt. f. r. ineſt. a. ꝛ et quod eſt. f. ꝛ .e. ineſt. Si autem huic non conſequens eſt poſſibile eſt. a. ſequi et quod eſt. f . Similiter autem ꝛ in quibus ipſum ſequitur conſiderandum: nam ſi prima ꝛ eã que ſub ipſis ſunt ſequitur. Si autẽ non his aut in his que ſub ipſis ſunt / contingit.

Palam autem ꝛ quoniam per tres terminos: ꝛ per duas p̃poſitiones conſideratio: ꝛ per predictas figuras ſyllogiſmi omnes. Monſtratur enim omni qdẽ. e. ineſſe. a. q̃ eorũ q̃ ſunt. c. ꝛ eorum q̃ ſunt. f. idem aliq̃d ſumit: hoc aũt erit medium: extremitates autem. e. ꝛ .a. fit enim prima figura. Alicui autem quando. c. ꝛ. g. ſumitur idem: hec autem poſtrema figura medium autem fit. c. g. nulli autem quando. d. ꝛ. f. idem fit autem ꝛ prima figura ꝛ media. Nam prima quidem quod nulli. f. ineſt. a. ſiquidem conuertitur priuatiua. f. autem omni. e. media autem q̃ .d . a. quidem nulli. e. autem omni ineſt. Alicui autem non ineſſe quando d. ꝛ. g. idem fuerint: hec autem poſtrema figura. Nam .a. quidem nulli. g. inerit .e. vero omni. g. Manifeſtum eſt ergo quoniam per predictas figuras omnes ſyllogiſmi. Et quoniam non eligendum que ſunt omnibus conſequentia: eo q̃ nullus fiat ſyllogiſmus ex ipſis. Nã conſtruere quidem omnino nõ erat ex ſequentibus: peruenire autem non contingit per ea que omnib' conſequentia ſunt. Oportet enim huic quidem ineſſe: huic autem non ineſſe: manifeſtum

UVA. BHSC. IyR_118_1

Sequētia ad ipsum. a. vz eligibile. p sequētē. cōferēs. i laboriosuz fructuosuz desiderabile ⁊ alia sil'ia.

Exēplū Alexā. Aphrodisei. ASISTATON

Sequētia ad ipsum. e. vz motus actio ꝯz nāz expedita. sine molestia. sine ira placēs idolētia



UVA. BHSC. IyR_118_1

est aũt qm̃ ⁊ alie ꝓsideroes iutiles q̃ sunt fz electiões iutiles ad facien dũ syllꝰ: vt si sequẽtia vtrisq; eadẽ sint: aut q̃ seqt̃.a.⁊ q̃ nõ ꝓtigit e. esse: aut rursuz q̃cũq; nõ pol̃ evtrisq; esse: nõ em̃ fit syllꝰ hec. Nã si sequẽtia sint eadẽ vt.b.⁊.f. media fit figura ꝑticularis hñs vtrasq; ꝓpões: si aũt ea q̃ seqt̃.a.⁊q̃ nõ ꝓtigit ei qđ.e.vt.c.⁊.h. pma erit figura ꝑtua hñs ea q̃ ẽ ad mioꝛ extremitatũ ꝓpõez. Si aũt q̃cũq; nõ ꝓtigũt vtrisq; vt.d.⁊.h. ꝑtue vtreq; ꝓpões vel i pma vel in media figura: sic aũt nullo mõ fit syllꝰs. Palã aũt ⁊ q̃lia eadẽ sumẽdo fz ꝓsideratioez ⁊ nõ q̃lia diuersa vl̃ ꝛ̃ia. Primũ qđ qm̃ medij gra in spectio: mediũ aũt nõ diuersuz: fz opz idẽ sumere. Deiñ ⁊ in qb⁹ accidit fieri syll̃m eo ꝙ sumãt ꝛ̃ia: aut nõ cõtigẽtia eidẽ iesse in ꝑdictos oes reducẽt modos: vt si.b.⁊.f. sint ꝛ̃ia: aut nõ cõtingẽtia eidẽ iesse Erit em̃ hꝭ sumtis syllꝰs qm̃ nulli.e. inerit.a. fz nõ ex iptis: fz ex ꝑdicto mõ: nã.b.a.q̃dẽ oi.e. vero nulli ierit: ẽre necesse ẽ idẽ esse.b. alicui.h. rursuz si.b.⁊.g. nõ cõtingat eidẽ iesse: qm̃ alicui.e. nõ ierit.a. nam sic media erit figura: nã.b.a.q̃dẽ oi.g. ꝙ nulli ierit: quare necesse est.b. idẽ esse alicui eoꝝ q̃ sunt.h. Nã nõ contigere.b.⁊.g. eidẽ inesse nihil differt q̃z.b. alicui.h. idẽ esse: oia em̃ sumpta sunt q̃ nõ ꝓtingit.e. iesse Manifestũ ergo qm̃ ex iptis q̃dẽ ẽ inspectiõib⁹ nullus fit syllꝰs: necesse est aũt si.b.⁊.f. sint ꝛ̃ia idẽ esse.b. alicui.h.⁊ ꝓ hoc fieri syllz. Accidit ergo sic inspicientibus considerare altã viã necessariaz eo ꝙ quãdoq; latet idemtitas eoꝝ que sunt.b.⁊.h.

Q De syllogismo assertorio ⁊ ad impossibile ⁊ reliquis q̃ ex hꝭ potest.

EOdem aũt modo se habent ⁊ qui ad ipossibile deducũt syllogismi ostensiui: nam ⁊ ipsi fiunt per sequentia ⁊ quibus ꝯñs est vtrumq; ⁊ eadem consideratio in vtrisq;. Nam qđ monstratur ostensiue ⁊ per impossibile est syllogizare: ⁊ ꝓ eosdem terminos: ⁊ quod per impossibile: ⁊ ostensiue: vt quoniam.a nulli.e. inest. Ponatur em̃ alicui inesse ergo quoniam.b. omni.a.a. autem alicui.e.⁊.b. alicui.e. inerit: sed nulli inerat. Rursum quoniaz alicui inest. Si enim nulli.e. inest.a.e. autem omni.g. nulli.g. inerit.a. fz omni inerat: similiter autem ⁊ in aliꝭ ꝓpositionibus. Semper em̃ erit in omnibus per impossibile ostensio ex sequentibus ⁊ quibus est consequens vtrumq; ⁊ scõm vnumquodq; problema eadem cõsideratio ⁊ ostensiue volenti syllogizare: ⁊ ad impossibile deducere. Nã ex eisdem terminis vtreq; demonstrationes: vt si ostensum est nulli e. inesse.a. quoniam accidit.⁊.b. alicui.e. inesse: quod est impossibile: si sumptum sit.e. quidem nulli.b.a. autem omni inesse.b. manifestuz erit qm̃ nulli.e. inerit.a. Rursum si ꝓsiue syllogizatum sit.a. inesse nulli.e. ponentibus inesse per impossibile monstrabitur nulli inesse similiter autem ⁊ in aliꝭ. In omnibus enim necesse est hꝭ qui per impossibile ꝓmunẽ aliquẽ sumere terminũ aliũ a positis: ad quẽ erit syllogismus mendacij. Quare cõuersa hac propositione: altera autem similiter se habente ostensiuo erit syllogismus per eosdem terminos

UVA. BHSC. IyR_118_1

R Differt em̄ oñsiuus ab eo qđ ad ipoł̄e: qm̄ in oñsiuo q̄dē ꝟm verita tem ambe ponūtur ꝓpositiōes: in eo autē qđ ad impoł̄e falsum vna hec ergo erūt magis māifesta ꝑ sequētia qñ de impoł̄i dicem⁹. Nūc autē tm̄ nobis sit māifestū: qm̄ ad eadez perspiciēduz ⁊ ostensiue volentib⁹ syllogizare: ⁊ ad impł̄e deducere. In alijs autē syll̄is q̄ sunt ex hypotesi: ⁊ q̄cumq; ꝟm trāsumptiōez: aut ꝟz qualitatē: in subiectꝭ nō in p̄orib⁹/ sz in trāsumptis erit ꝯsideratio. Mod⁹ autē inspectiōis idē: cōsiderare autē opz ⁊ diuidere quot modis sunt q̄ ex hypotesi: mōstrat̄ ergo vnūquodq; ꝓblematū sic: ē autē ⁊ alio mō q̄dā syllogizare horū ⁊ vł̄ia ꝑ ꝑticularē inspectiōem ex hypotesi. Si em̄. c. ⁊. g. eadē sint. soli aūt. g. sumatur. e. inesse oī. e. inerit. a. ⁊ rursum: si. d. ⁊. g eadez de solo aūt. g. p̄dicet̄. e. qm̄ nulli. e. inerit. a. māifestū ergo quoniam ⁊ sic inspici ēdū. Eodē aūt mō ⁊ in necessarijs ⁊ in cōtīgētib⁹: nā eadē cōsideratio ⁊ ꝑ eosdē termīos erit ordine ⁊ cōtīgere ineē syllogism⁹. Sumēdā aūt ⁊ in cōtingētib⁹ ⁊ q̄ nō insunt: possibilia autē inesse oñsum est em̄ qm̄ ⁊ ꝑ hoc fit cōtingētis syllogismus: similiter autem se habebit ⁊ in alijs predicamentis.

T Manifestū ergo ex predictis qm̄ nō solum possibile est ꝑ hāc viā fieri oēs syllogismos: sed ꝑ aliaz impossibile: oīs enim syllogism⁹ oñsum est qm̄ ꝑ aliquā predictarū figuraruz fit has aūt non cōtingit ꝑ alia cōstitui q̄ꝫ ꝑ ꝯña: ⁊ quib⁹ consequēs ē vnumquodq;: ex his em̄ ꝓpōnes ⁊ medij assumptio: quare nec syll̄m possibile fieri ꝑ alia. Ergo via q̄dē eadē ē ⁊ circa philosophiā ⁊ circa artē quālibz: ⁊ disciplinā. Opz em̄ q̄ insunt ⁊ q̄b⁹ insunt circa vnūquodq; videre: ⁊ his q̄ꝫ plurimū abūdare ⁊ hoc ꝑ tres terminos ꝯsiderare: destruētem q̄dē sic: cōstruētez ꝟo sic: ꝟm veritatem

Omniū sciarum syllogismi superiorib⁹ ĩceptis efficiūt.

U q̄dē ex his q̄ ꝟm ꝟitatē descripta sunt ĩesse. Ad dialecticos aūt syllogismos ex his ꝓpōibus q̄ sunt ꝟz opiniōez: p̄ncipia aūt syll̄orū vniuersal̄r quidem dicta sunt: ⁊ quomodo se habeant: ⁊ quomodo opz iquirere ea inspiciam⁹ ad oīa ea q̄ dicta sunt: neq; ad eādez cōstruentes ⁊ destruētes: nec cōstruētes de oī aut aliquo: ⁊ destruētes ab oībus aut aliquib⁹: sz ad pauciora aut determīata. Et ꝟz singulū eligere eorū q̄ sunt vt de bono aut disciplīa. Special̄r aūt ꝟz vnūquodq; sunt plurīa: q̄re p̄ncipia q̄đ q̄ sunt circa singula experimēti ē tradere Dico aūt vt astrologiā q̄đ expiētiā astrologice discipline. Sūptꝭ em̄ sufficiēt̄ appētib⁹ sic inuēte sunt astrologie demōstrōes. Sil̄r aūt circa aliā quālz se hz artē ⁊ disciplīaz. Quare si sumātur q̄ ĩsunt circa singula: nostrū ē iam demōstrationes declarare. Si em̄ nihil ꝟm historiam omittatur eorum que vere insunt rebus habebimus de omni: cuius q̄dē est demōstratio hanc inuenire ⁊ demonstrare. Cuius aūt nō nata ē demonstratio hoc facere manifestuz. Ul̄iter ergo quomodo oportet propositiones eligere pene dictum est. Studiose aūt pertrāsiuimus in eo negocio qđ circa dialecticam est.

UVA. BHSC. IyR_118_1

Quoniã aũt diuisio ꝑ gña: ꝑua q̃dã ꝑticula dicte methodi facile videre: est em̃ diuisio velut infirm⁹ syll's: naz qđ opz q̃dẽ oñdere petit: syllogisat̃ ꝟo sꝑ aliq̃d suꝑiorũ. Primũ aũt hoc q̃dem latuit oẽs vtẽtes ea ⁊ suadere conati sunt. Qm̃ est pol'e de substãtia demõstrõez fieri ⁊ in eo q̃đ q̃d ẽ. Quare qm̃ neqꝫ ꝯtigit syllogisare diuidẽtes ĩtellexerũt: neqꝫ qm̃ sic ꝯtigebat: vt dixim⁹: ergo in demõstrõib⁹ q̃dẽ cũ opz syllogizare ĩesse opz mediũ ꝑ qđ fit syll's. Et min⁹ esse ⁊ nõ vniuersale ꝑma extrẽitatũ: ⁊ nõ de tota mĩori extremitate. Diuisio aũt ecõtrario vult: nã vniuersalis sumit mediũ. Sit em̃ aĩal in quo. a. mortale aũt in quo. b. ĩmortale ꝟo in quo. c. hõ em̃ cui⁹ rõez opz sumere ĩ quo. d oẽ ergo aĩal sumit / aut mortale / aut ĩmortale: hoc aũt ẽ q̃cquid est: aut. a. oẽ esse aut. b. aut. c. Quare nimirũ hoĩez semꝑ diuisor ponit aĩal esse: de. d. sumit aĩal esse: ergo syll's q̃dẽ est: qm̃. d. aut. b. aut. c. cõmune est. Quare hoĩez aut mortalẽ aut ĩmortalẽ opz esse. Nã mortale q̃dẽ aut ĩmortale necesse ẽ esse aĩal: mortale nõ necessariũ est: sꝫ hoc petitur: hoc aũt ẽ qđ oportebat syllogizare. ¶ Rursuz ponẽs. a quidem animal mortale: in quo. b. autem pedes habens: in quo autem. c. non pedes habens: hominem vero. d. Similiter sumit. a. quidem aut. b. aut. c. esse: omne enim animal mortale aut pedes habẽs: aut pedes non habens est: de. d. autem. a. nam animal mortale sumpsit esse. Quare habens pedes aut non habens pedes esse aĩal necesse est hominem: pedes autem habens non necesse est: sed sumit. Hoc autem erat quod oportebat rursum ostendere: ⁊ ad hunc quare modum semper diuidentibus vniuersale quidez accidit eis medium sumere: de quo autem oportebat ostendere ⁊ differentias ⁊ extremitates: finem vero quoniam hic est homo vel quicquid ẽ quod queritur. Nihil autem dicunt planum vt necessarium sit. Nam ⁊ aliã viam faciũt oẽz neqꝫ contingentes abundantias opinantes esse. Manifestũ est aũt qm̃ neqꝫ destruere hac methodo ẽ neqꝫ de accidẽte aliquid: neqꝫ de ꝓprio syllogizare: neqꝫ de genere: neqꝫ in quibus ignoratur: vtrum hoc modo aut illo se habeant. vt putasne diameter incommensurabilis est vel commensurabilis. Si enim sumat qm̃ omnis longitudo vel commensurabilis vel incommensurabilis: diameter autem longitudo syllogizatum est: quoniam commesurabilis vel incommensurabilis diameter. Si autem sumat incommensurabilis quod oportebat syllogizare: sumet. non ergo est ostendere: nam via quidem hec. Per hanc autem ostendere non est commẽsurabile vel incõmensurabile. in quo. a. longitudo. b. autẽ cõmensurabile. vel incõmẽsurabile dimeter. c. Manifestũ est igit̃ qm̃ neqꝫ ad oẽz cõsiderationẽ questiõi cõgruit modus: neqꝫ ĩ quib⁹ videt̃ maxĩe ꝯuẽire ĩ his ẽ vtilis. Ex q̃b⁹ ergo demõstrões fiunt ⁊ qũo ⁊ ad q̃ ꝑspiciẽdum ꝟm vnũquodqꝫ problema manifestum ex predictis.

A diuisio ꝑ genera eiusqꝫ syll's

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ De syllogismo hypothetico.

Manifestum est de syll'o hypothetico: ex eo qđ syll's cõtrarij erit quidem per deductionẽ sermonis in eo ad impossibile per syll'm predicatiuũ: ⁊ qꝛ quesitum in eo primum sequitur quidẽ ⁊ ostenditur per syll'm conditionalem: sicut si dicamus ꝙ diameter aut est quidem cõicans lateri quadrati aut incommunicans. deinde ostendatur vnum cõditionatorũ huius syll'i conditionalis: qđ est: qꝛ nõ est cõmunicans per syll'm predicatiuum ducentẽ ad impoſ'e: ⁊ illud per hoc vt dicat: qꝛ si est cõicans est ꝓportio quadrati vnius eorum ad alterius quadratum proportio numeri quadrati ad numerũ quadratum. sequit̃ ergo ex illo qđ sit ꝓportio lateris ad quadratum diametri proportio numeri quadrati ad numerum quadratum. Jãqꝫ ostẽsum est ex lib. el'n corũ. qđ ꝓportio quadratorũ vnius. s. eorũ ad illud non est sicut ꝓportio numeri q̃drati ad numerum quadratũ: aut est ꝓportio duorũ ad vnuꝫ: ⁊ hoc est cõtrarium ⁊ impossibile. Et cũ ostẽsum est qđ non est cõmunicans ponimus eũ ex syll'o cõditionali quo egimus primo: qđ est dictũ nostrũ. dyameter aut est incõmunicãs aut cõmunicans. ergo dictum nostrum secundum ipsius incõmunicans est necessario separatum: ⁊ hic est syllogismus conditionalis diuisus qui cõponitur ex cõtrarijs cõtradictione perfecta: quorũ vnus cum ponitur vnũ cõtradictoriũ cõcluditur scđm: sicut dictum est in syllogismis cõditionalibus ergo impossibile sicut dictũ est in hoc syllogismo ostenditur per syllogismũ predicatiuum: ⁊ quesitũ ostenditur per syllogismũ cõditionalẽ. ¶ Et syllogismus quidẽ cõditionalis ostenditur etiam ex re ipsius: qꝛ non est sufficiens preter predicatiuũ: ⁊ illud est: quia syll's cõditionalis est. duorũ primoꝝ generum: quorum vnus quidem est syllogismus cõiunctus: ⁊ est ille qui componitur ex consequentibus: ⁊ copulatur copula cõditionali dante coniunctionem: sicut dictuꝫ nostrum: si sol est ortus: ergo dies est inuentus ⁊ illud ex quo sequitur aliquid nominatur antecedens: ⁊ illud quod sequitur: vel sequens nominatur ꝯñs. ¶ Et est duorum modorum: quorum vnus est in quo ponitur antecedens ipsius ⁊ concluditur ꝯñs sicut est dictum nostrum: si sol est ortus: ergo dies est inuentus: ⁊ secundus in quo ponitur oppositum consequentis: ⁊ concluditur oppositum antecedẽtis: sicut dictum nostrum: si dies non est inuentus: ergo sol non est ortus. ¶ Et genus secundum est conditionale diuisum quod componitur ex contradictorijs perfecte contradictionis cum ponitur ibi dictio cõditionalis significat⁹ diuisionem: sicut est dictum uostrũ hac hora: aut est dies: aut est nox: ⁊ hoc est quattuor modis: quod est: quia ponitur in eo ipsum antecedens. ⁊ concluditur oppositum consequentis: ⁊ ponitur in eo ipsum consequens: ⁊ concluditur oppositum antecedentis: ⁊ ponitur in eo oppositum antecedentis. ⁊ concluditur consequens: ⁊ ponitur in eo oppositum consequentis: ⁊ concluditur antecedens: quod est: quia iam dicimus: sed non est dies: ergo est nox. aut sed non est nox: ergo est dies: aut sed est nox. ergo non est dies. aut sed est dies: ergo non est nox. ¶ Et cum sint diuersa genera syllogismorum conditionalium primorum hec genera ⁊ ambo cum consideratur etiam in eis apparet qđ quesitum in eis est quod ostendatur in eis ꝑ modum conditionis: si positum quidem indiget vt ostendatur per syllogismũ predicatiuum ⁊ conditionalis separato ⁊ coniuncto: cum sit contradictio estimationis in eis manifesta per se: quod est: quia cum est cõiunctio in eis manifesta per se: ⁊ positum manifestum per se: est consequens manifestum per se: hoc est manifestum. valde in conditione diuisa: qꝛ cum est cõtradictio manifesta per se: ⁊ positio manifesta per se: ⁊ quesitum erit manifestum per se: quia si est manifestum qđ mundus non euadat quin aut sit nouus aut antiquus: ⁊ est

C Syll's cõditionalis est duoruꝫ generũ.

D Syll's cõditionalis cõiũctus ẽ duoꝝ modoꝝ. Syll's cõditionalis diuisus fit q̃tuor modis

E

UVA. BHSC. IyR_118_1

manifestum per se qd nõ est antiquus. ergo ipsum esse nouum est per se manifestum necessario: ⁊ simile est vt res sit ita in conditione coniuncta: quia cũ est inuentio motus manifesta per se: ⁊ inuentio etiam nature est manifesta per se absq; medio inuentio. ergo inuentio motus ⁊ inuentio nature est manifesta per se: ⁊ similiter si sunt actiones anime manifeste inuentionis per se: ⁊ manifeste inuentionis ab aia per se: ⁊ aia est manifeste inuẽtionis per se. similiter si motus est note inuentionis et notum per se esse eius a motore: ⁊ motor est note inuentionis per se: ⁊ si est priuatio motus in re quadam manifeste inuẽtionis per se. ¶ Et vl'iter cum tu aduerteris demonstrationes que exeunt exitu conditionis in sciẽtijs: ⁊ hoc inquisitis per naturam: inuenies: aut coniunctionem in eis manifestam per medium: aut positionem: et hoc quidem sequitur in syllogismis conditionalibus. Qui non sunt predicatiui in potentia: et hi sunt conditionales veri. sed qui sunt quidem in potẽtia predicatiui: illi q̃dẽ perdicatiui exeunt exitu conditionis: ⁊ propter hoc est possibile in his vt constituatur per hos quesitum per se positum per additionem propositionis ¶ Et hec spẽs conditionalium est qua cõmunicat antecedens consequẽti termino vno: iamq; statuimus hoc in dicto quod posuimus ad hec. ¶ Et cũ erũt due res in syllogismo scite per se non aguntur quidẽ aio in ostẽsione alicui⁹ ignoti per naturam: ⁊ si aguntur in ostẽsione alicuius minus occulti ignoto per naturã: sicut est operatio inductionis ⁊ cõsimilis ei. ¶ Neq; est dicenti vt dicat qd sicut sunt propositiones in syllogismo cathegorico scite per se: ⁊ conclusio ignota: sil'r accidit vt sit res in syllogismo conditionali. s. vt sint propositiones scite per se cõditionales: ⁊ positio ⁊ cõclusio ignota: qm̃ accidit quidẽ qd sint ꝓpositiones in syllogismo p̃dicatiuo note: ⁊ conclusio ignota: quoniã ꝓpõnes nondũ sunt cõposite inuente: ex quibus sequit' cõclusio. sed ꝓpositiones quidẽ in syllogismo cõditionali nõ sunt indigentes compositione in consecutiõe eius qd sequit' ex eis. ergo op; vt sic intelligamus hũc locũ ab Aristo. non sicut. d. Albumazar: neq; sicut dubitatur super eo in hoc ab Abisene. ¶ Et vl'iter per inductionẽ quam induximus apparet qd dicit Aristo. in hac re apparentia manifesta quoniã iã manifestum est ex dicto nostro: qd multe res scite per se: sicut est inuentio anime: ⁊ alia sunt que scimus per hanc viam ostensionis: ⁊ impossibile est vt sit vna ⁊ eadem via qua agatur ad stadium. super scita per se et ignota per naturam. ¶ Jam ergo ostensum est qd omnia genera syllogismorum complentur quidem per figuram primam: ⁊ qd resoluuntur ad vniuersales ipsius precessit: quod est: quia qui sunt preter p̃dicatiuos per predicatiuos conplentur: ⁊ predicatiui complentur per figuram primam et constituitur: ⁊ particulares qui sunt in figura prima per syllogismos vniuersales qui sunt in ea. sicut ostensum est.

Sill'i cõditionales q̃dã sunt hypothetici p nãz q̃dã ꝟo potẽtia cathegorici

Sill'i hypothetici p nãz nõ assumunt' i ostẽsiõe alicui⁹ ignoti p nãz. s; i oñsione alicui⁹ minus occl'ti ignoto p nãm. Jdẽ. 2. ph. cõ. 3. 4. celi cõ. 22.

Multe res scite p se sicut ẽ iuẽtio aie sciũtur p syll'os hypotheticos per nãm.



Et manifestum qd op; vt sit in oi syll'o cõcludẽte ꝓpõ affirmatiua q̃cũq; sit in quãtitate ei⁹: ⁊ ꝓpositio vl'is q̃liscũq; fit q̃litas eius. ¶ Qd est: qr si non erit ibi prositio vniuesalis: aut quippe non erit ibi syllogismus penitus: aut erit super non quesitum: aut qd sit ꝓpositio eadẽ ipsum quesitum: cuius exemplum est si inquisitum vtrum delectatio in musica sit bona quod nãq; est pol'e vt accipiat' in ostẽsione huius q̃siti nõ euadit quin sit ipsum quesitũ aut aliud. itẽ si est aliud non euacuatur a tribus dispõnibus: aut vt sit ꝓpositio accepta in hoc indefinito: qd est qd delectatio est bona: aut vt sit particularis que est. quedã delectatio est bona: aut vt sit vl'is que est. oĩs delectatio est boua: si accipiatur propositio indefinita q̃ est qd delectatione bona non cõfidim⁹ qd sit hec indefinita vera ex delectationib⁹ alijs a delectatiõe musicali: ⁊ nõ cõtineat quesituz: qd est: qd delectatio musicalis est bona: ⁊ sil'r si exposui

UVA. BHSC. IyR_118_1

mus eam cū signo particulari: ⁊ dixerimus quedam delectatio est bona: et ꝓ pter hoc ⁊ si concludatur huiusmodi est p̄ter quesitū: sicut si sit dictū nostrum: q̄dam delectatio est bona: est quidē verū de delectatiōe sciētie: ⁊ similiter inde finita cōcluditur ex hoc ꝙ delectatio scie est bona: sed hoc nō est quesitum: ⁊ si accipiatur ipsum quesitū est manifestū ꝙ non est syll's. ergo impossibile est in syllogismo cōcludēte quin sit extremitas minor cōtenta sub medio cōtinentia partis in toto donec sit ꝓportio vnius ad aliud proportio partis ad totū: et hoc in actu in figura prima: ⁊ in potētia in figura secunda ⁊ tertia: ⁊ ex hoc opz vt sit proportio conclusa sub propositione vniuersali affirmatiua. quia si erit negatiua non contingetur sub ea neqꝫ inuenitur in ea hec proportio: ⁊ ꝓ pter hoc est intentio dicti de omni que continet hanc proportionem inuentaz in actu in figura prima ⁊ in secunda ⁊ in tertia in potentia.

A Resolutio syllogismoꝝ in propōne

¶ Capitulum. Trigessimumprimum.

Quomodo autem reducemus in predictas figuras dicēdū est post hec: restat enim adhuc hec consideratio. Si enim ⁊ generationē syllogismorū inspeximus ⁊ inueniēdi habem⁹ potestatem. Amplius autem factos reducemus in predictas figuras finem habebit quod ex principio propositum accidit etiā simul que prius dicta sunt cōfirmari ⁊ manifestissima esse. Qm̄ sic se hn̄t per ea q̄ nunc dicuntur. Opz enim omne quod verum est ipsum sibi manifestum esse omnino. Primum ergo opz tentare duas ꝓpōnes accipere syllogismi: facilius enim in maiora diuidere q̄ꝫ minora: maiora autem composita q̄ꝫ ex quibus componitur: deinde cōsiderare vtra in toto: ⁊ vtra in parte: ⁊ si non ambe sumpte sint: ipsum ponētem alterā. Quandoqꝫ enim vniuersalem proponētes eaz que in has est: nō sumunt neqꝫ scribentes neqꝫ interrogātes: aut hac quidē ꝓponunt: per q̄s aūt he cōcludunt̄ omittūt: alia vero vana interrogāt. Cōsiderādū ergo si q̄d superfluū sumptū sit: ⁊ si q̄d necessariū omissum: ⁊ hoc est q̄dē ponēdū: illud v̄o auferēdū donec veniat ad duas ꝓpositiones: sine his ei nō est reducere sic interrogatas orationes. In aliq̄bus v̄o facile est videre qd̄ deficit: alicui v̄o latēt ⁊ vident̄ q̄dē syllogizare eo ꝙ necessariū: qd̄ accidit ex his q̄ posita sunt vt si sumat̄ nō substātia interēpta nō substātia interimi. Ex q̄b⁹ aūt est interemptis ⁊ qd̄ ex his est corrumpi: his ei positis necessariū est substātie ꝑtē esse substātiā: nō tm̄ syllogizatū est ꝑ ea q̄ sunt sumpta sz desunt ꝓpōnes. Rursum v̄o cū est hō necesse est animal esse: ⁊ cū est animal substātiā. Cū est hō necesse est esse substātiā: sz nōdū syllogizatum est. Non em̄ se habent ꝓpōnes vt diximus.

B

Fallimur em̄ in talibus: eo ꝙ necessariū q̄dē accidit de positis qm̄ ⁊ syllogismus necessarius est: in pluribus autē necessariū q̄ꝫ syllogismus: oīs ei syllogismus necessari⁹: nō autē oē necessariū syllogismus. Quare nō si q̄d accidit positis q̄ bnsdā statiz tētādū est reducere: sz primū sumēdū est duas ꝓpōnes: deinde sic diuidēdū in terminos. Mediū aūt ponēdū terminorum qui in vtrisqꝫ ꝓpōnibus dicitur. Necesse enim est medium in vtrisqꝫ

C

UVA. BHSC. IyR_118_1

esse in omnibus figuris. Si ergo predicet ⁊ predicetur medium aut ipsum quidem predicent: aliud vero ab illo abnegetur: prima erit figura. Si aūt predicetur ⁊ negetur ab aliquo: media erit figura. Si vero aliud de illo predicet: aut hoc quidē abnegetur: illud vero predicetur postrema. Sic enim se habuit in postrema figura mediū: sil'is aūt ⁊ si nō vl'es sunt propōnes: naz eadē determinatio medij. Manifestum ergo qm̄ in qua orone nō dicitur idē frequēter nō fit syll's: nō enim sumptū est mediū. Quoniā aūt habemus que in vnaquaqz figura cōcluditur ꝓblema: ⁊ in qua vl'is: ⁊ in qua ꝑticularis: manifestū est: qm̄ nō oēs figuras ꝑspiciendū: sed in vnoqnoqz ꝓblemate impropriam: quecūqz vero in pluribus cōcluduntur medij positione cognoscimus figurā. Frequēter ergo falli accidit circa syll'os ꝓpter necessariū: quēadmodū dictum est prius. Aliquotiēs aūt ꝓpter similitudinē positionis terminorum: qđ non opz latere nos: vt si. a. de b. dicitur: ⁊. b. de. c. videbitur enim sic se habentib⁹ terminis esse syllogismus. Non fit autē neqz necessariū quicqz neqz syllogismus. Sit enim in quo. a. semp esse: in quo autē. b. intelligibilis aristomenes: in quo autē. c. aristomenes. Verum est autē. a. inesse. b. semper enim est intelligibilis aristomenes: sed. b. inest. c. nam aristomenes est intelligibilis aristomenes. a. autē non inest. c. corruptibilis enim est aristomenes. Non enim syllogism⁹ fiebat sic se habentibus terminis: sed oportebat vl'r. a. b. sumi ꝓpōnem: hoc vero falsum qđ existimabat oēm intelligibilem aristomenem semper esse cū aristomenes corruptibilis sit. Rursum inquo q̄dem. c. micalus: in quo autē. b. musicus micalus: in quo autē. a. corrūpi cras: verū est ergo. b. de. c. p̄dicari. nā micalus est musicus micalus: sed. a. de. b. corrūpetur enim cras micalus musicus. a. autē de. c. falsum. hoc autē idem est priori: non enim verū est vl'r musicus micalus qm̄ corrūpetur cras: hoc autē nō sumpto non erat syll'us: hec autē falsa fit in eo ꝙ pene. Qm̄ enim nihil differt dicere hoc huic inesse: aut hoc huic omni inesse cōcedimus.

Resolutio sill'i i termino

D De necessario ⁊ thesi termiorum.

¶ De reductione orationum male contextarum ad figuras predictas.

Capitulum Trigesimumprimum

Inquit ⁊ iam remansit super nos: post hec vt dicamus qūo poterimus reducere syllogismos actos in libris ⁊ orationibus ad hos syllogismos: ⁊ resoluere eos in ipsos cum nō aguntur in libris rōnis ꝑm viam quā rememorauimus: quoniam huiusmodi est res tertia que remansit sup nos ad ostēdendū in ea ex re syllogismorum: quoniam cum sciuerimus spēs syllogismorum poterimus eos facere: ⁊ poterimus eos reducere qui cadūt ex eis in sermone ⁊ rōcinationibus: ad figuras quas rememorauimus: iam completa erit nostra intentio prima ex scia syllogismi: cum eo quod accidit nobis cum sciuerimus species syllogismorum: ⁊ poterimus eos facere cum ratiocinabitur in absolutione syllogisimi ad figuras quas rememorauimus ꝙ certiores sunt figure dicte ⁊ numerus figurarum. ⁊ quod dictum est ꝙ omnis syl

E

UVA. BHSC. IyR_118_1

logismus est ꝑ vnam figurarum predictarum: quoniam cum inuenerimus omnes syllogismos qui fiunt in scriptis ⁊ orationibus reduci ad predictas secundas. declaratur nobis per modum inductionis: ꝙ iste figure sunt elementa omnium syll'orum: ⁊ hec est ostensio rei super qua stat demonstratio scilicet qđ inuenitur vera ex quacũqꝫ parte cõsideretur: ⁊ conueniens ex omnibus partibus. ¶ Quoniam veritas sicut. d. Ari. attestatur sibimet: ⁊ conuenit ex omnibus partibus: ⁊ vult qđ testificetur in ea pars parti. primum ergo quod oportet vt faciat iste qui vult resoluere syllogismos ad has figuras est vt conetur inuenire propositiones in illo dicto syllogistico: quoniaꝫ propositiones sunt maiores partes syllogismi. Et diuisio rerũ in maiores partes est facilior q̃ sit diuisio in minores partes. Amplius preter hoc oportet vt sciatur que ipsarum sit propositio maior ⁊ que minor: ⁊ hoc est manifestum ex extremitatibus quesiti: ⁊ vtrum sint plane simul in illo sermone syllogistico aut vna earum: ⁊ si est vna earum manifesta ⁊ tacetur est de vna: que sit illa que est tacita vtrum sit maior aut minor: quia multotiens accidit in sermone loquens: vt exponat maiorem et auferat minorem: aut exponat minorem ⁊ auferat maiorem. ⁊ multotiens etiam in syll'o ponuntur ꝓpõnes nõ conferentes in abstractione conclusionis: neqꝫ in destructione eius: ⁊ hoc aut ad elargationem aut persuasionem: aut propter aliquem ex modis qui numerantur in. 8. topicorum. ergo oportet etiã hic vt inquiramus etiam vtrum accepta sit in hoc ſmone syllogistico ꝓpõ addita: aut diminuatur ex eo propositio necessaria: vt auferat̃ additum ⁊ ponatur diminutum: donec inueniamus duas propositiones ex quibus componitur syllogismus: quia cum non inuenimus duas propõnes nõ est possibile vt reducamus dictum syllogisticum ad vnam figurarũ predictaꝝ: ⁊ ex sermone syllogistico est in quo leuiter scitur additio ⁊ diminutio. ⁊ ex eo est in quo difficile: ⁊ ex eo est de quo putatur qđ sit syllogismus quidam ex eo qđ sequitur ex eo aliquid de necessitate: neqꝫ est syll's: cum non est omne qđ sequit̃ ex aliquo de necessitate sequitur sequela syllogistica. sed quod sequitur ex duabus ꝓpõnibus inuentis: quarum ꝓportio ad aliam est ꝓportio totius ad partem: ipsum quidem est syllogismus: ⁊ exemplum eius quod est diminutum ⁊ est difficile scia diminuti: ex eo est dictum quod precessit ad concludendum ꝙ partes substantie sunt substantie: vt dicatur per demonstrationem: per destructionem non substantie non destruitur substantia. ⁊ per destructionem partium substantiarum destruitur substantia: ergo partes substantie sunt substãtie: quoniam hec conclusio sequitur ex hoc dicto: sed deficit proportio maior: que est: qđ illud quo destruitur substantia per eius destructionem ipsum est substantia. ⁊ hec propositio sequitur ex propositione prolaca in hoc dicto que est: id quod non est substantia non destruitur substantia per eius destructionem quod est: quia cum certificatur nobis conuersio contradictorie eius: que quod cum destruitur substantia alicuius destructione ipsuꝫ est substãtia ⁊ hec ꝓpõ sequitur: quod est: qꝛ certificatur nobis conuersio eius cõtradictorie: que est: quod destruitur sb̃e alicuius destructione ip̃m est sb̃a. Cũ ergo addiderimus huic minorem que est: qđ partes sb̃e destruũt per earũ destructionem subsiantiam. concluditur nobis in figura prima: qđ partes sb̃e sunt sb̃a.

F Veritas attestat̃ sibimet. Idẽ pri. ethic. 5. 10. Et. 3. đ aĩa cõmen. 5.

¶ Capitulum Trigesimumsecundum.

A Thesis ĩminoꝝ

Frequenter autem mentiri euenit: eo ꝙ non bene exponuntur secundum propositionem termini: vt si. a. quidem sit sanitas. b. vero egritudo. c. autem homo: verum est dicere quoniam. a. nulli. b. contingit inesse: nulli enim egritudini inest sanitas: ⁊ rursuꝫ quoniam. b. inest omni

UVA. BHSC. IyR_118_1

c. omnis enim homo susceptibilis est. g. egritudinis. Videbitur igitur accidere nulli homini cõtigere sanitatem inesse. Huius autem causa est q̃ non ante exponuntur termini secundum dictionem. Quoniam natura sumptis his que sunt habitudines non erit syllogismus: vt si pro sanitate quidem ponatur sanum: pro egritudine autem egrum. Non enim est verum dicere quoniam non contingit egrotanti inesse sanum esse. Hoc autem non sumpto non sit syllogismus nisi contigẽtis: hoc autem non impossibile: contigat enim nulli homini inesse sanitatem. Rursum in media figura erit similiter falsum: nam sanitatez quidem nulli egritudini: homini vero omni contingit inesse. quare nulli homini egritudo. In tertia autem figura secundum contingere accidit falsum. etenim et sanitatem et egritudinem et disciplinam et ingnorantiam et omnino contraria eidem contingit inesse sibi vero impossibile inuicem: hoc autem in predictis inconcessum manifestum est: qñ enim eidem plura contingit inesse cõtingit et sibi inuicem. Manifestum ergo quoniã in omnibus his fit fallatia ꝓpter terminorum expositionem: transumptis enim his que sũt habitudines nihil fit falsum. Palam ergo quoniam in huiusmodi ꝓpõnibus sẽp q̃ est secũdũ habitudinẽ ꝓ habitu sumẽdũ z ponẽdũ terminum

De ecthesi terminorũ cõpositoꝝ z obliquoꝝ syllogismis

On opz autem semp terminos querere nomie exponi. Sepe enim erunt rõnes quibus ꝓpositum non est nomẽ: quare z reducere difficile huiusmodi syllos. Aliquotiẽs autẽ fallit accidat ꝓp huius inquisitionẽ: vt quando immediatorum est syll's. Stautẽ. a. duo recti. b. triãgulus. c. vero equicrus: ergo ei q̃ est. c. inest. a. p. b. ei vero duod est. b. non iaz per aliud. per se enim triangulus habet duos rectos. Quare non erit medium eius q̃ est. a. b. cũ sit demonstratiuum. Manifestum enim quoniam medium non sẽper sit sumendum vt hoc aliquid: sed aliquando oratiõnẽ q̃ accidit in predicto. In esse autem primum medio z hoc extremo nõ oportet sumere velut que semper predicentur de eis inuicem. Vel similter primum de medio z hoc de postremo te in non inesse similiter. sed quot modis esse dicitur z verum dicere hoc: tot modis oportet putare significare inesse z non inesse: vt quoniam contrariorum eadem est disciplina. Sit enim. a. vnã eẽ disciplinã. b. aũt contraria sit inuicẽ. a. ergo inest. b. non quoniam contraria vnam esse ipsorum disciplinam. Sed quod verum dicere de ipsis vnam esse eorum scientiam.

Capitulum Trigesimumsecundum.

Amqz accidit super nos multotiens error et deceptio: vt putemus apud resolutionem dicti in eo q̃, non est syllogismus: q̃ est syll's et ecõuerso ꝓp multas causas: quarũ vna est putatio nostra: q̃ propositiones sunt vniuersales: et non sunt vniuersales in vertiate. et hoc accidit quando accipiuntur indefinite quoniam syllogismi decipiunt nos in hoc: sicut si accipiamus quod homo est animal non generabile nec corruptibile: et putemus quoniam sequitur ex hoc: quoniam homo est non generabilis neqz corru-

UVA. BHSC. IyR_118_1

ptibilis: quod est falsum. ⁊ minor est ꝓpō vera in toto que est: ꝙ homo est animal. sed maior quidem est vera in parte non in toto: qđ est: qꝛ non omne animal est non generabile neqꝫ corruptibile: sed est hoc verum de animali vniuersali intellecto de vnoquoqꝫ singularium animaliuꝫ.

¶ Capitulum. Trigesimumtertium.

ACcidit autem quandoqꝫ primū de medio dici: medium aūt de tertio non dici: vt si sophia est diciplina: boni autem est sophia conclusio: quoniam boni est diciplina. Ergo bonum quidē non est diciplina: sophia autē diciplina. Quandoqꝫ autem medium de tertio dicitur: primum autem de tertio non dicit vt si qualis est disciplina omnis aut contrarij: bonum autem ⁊ ꝯtriū ⁊ quale: ꝯclusio quidem quoniam boni est diciplina. Non est autem bonum diciplina: neqꝫ quale: neqꝫ contrarium: sed omnium disciplina. Non est autē bonum disciplina neqꝫ conclusio secundum rectum: neqꝫ quale: neqꝫ contrarium. sed bonum hoc: est autem quandoqꝫ: neqꝫ primū de medio: neqꝫ hoc de tertio primo de tertio: qñqꝫ quidem dicto: quandoqꝫ autem non dicto: vt si cuius est disciplina huius est genus. boni aūt est disciplina: conclusio quoniam boni est genus: ꝑdicat aūt nullū de nullo. Si aūt cuius est disciplina genus est hic. boni aūt disciplina: ꝯcl'o: qm̄ bonū est gen⁹: ergo de extremo quidē ꝑdicat primū: de se aūt inuicē nō dr̄. eodē aūt modo ⁊ in nō esse sumēdū. Nō em̄ significat semꝑ nō inesse hoc huic: nō esse hoc hic: sꝫ aliqñ nō esse hoc hui⁹: hoc aūt huic. vt qm̄ nō est motiōis mot⁹: aut gñationis gñatio: voluptatis aūt est: nō igitur voluptas gñatio: aut rursus: qm̄ risus quidem est signū: signi aūt nō signū: q̄re nō est signū risus. Sil'r aūt ⁊ in alijs in quib⁹ interimit ꝓblema: eo qđ dr̄ aliquo mō ad ip̄ꝫ gen⁹. Rursus qm̄ tēpestas nō est tp̄s opportunū: de eo aūt tēpestas quidem est: tp̄s autem oportunū non est: eo qđ nihil deo proficiens. terminos em̄ ponēdū tempestatem et tempus oportunum deum propositio autem sumenda secundum nominis casus.

¶ Capitulum Trigesimumtertium

IAmqꝫ accidit vt sit extremitas minor disposito medio: ⁊ si erit medium dispositum dispositione maiori. U. g. dictum sapientia est scientia: ⁊ sapientia est studiosa. ⁊ cōclusio est ꝙ sciētia est studiosa. Jamqꝫ erit econuerso scilicet qđ erit terminus medius dispositus extremo ⁊ prius medius dispositus medio: sicut si accipiamus qđ in omni cōtrario est sciantia. ⁊ omne bonum est contrarium: ⁊ cōclusio quidez erit qđ in bono est scientia. Jamqꝫ accidit qđ non sit prius dispositum medio neqꝫ medium extremo. ⁊ erit primum dispositum extremo que est conclusio U. g. quia in bono est scientia: ⁊ scientia habet subiectum: ⁊ bonum est subiectum. Et secundum hoc oportet vt res intelligatur in negatione: quia cum nō negatur aliquid ab aliquo significatur vt hoc sit non hoc: sed etiam aliquando qđ hoc non inest huic: aut non in hoc: et consimile huic ex modis propositionum. U. g. quia verificatur dictum nostrum nō est motui mot⁹ ⁊ nō verificat dictū nostrū. motus, non ē motus: et similiter: dicem⁹ generationi non est ge

UVA. BHSC. IyR_118_1

neratio: sed nō dicemus. generatio non est generatio. ⁊ cuz addiderimus huic q generatio est delectatio. ⁊ concluditur nobis q non est delectationi generatio non q delectatio non est generatio.

¶ Capitulum Trigesimumquartum

Impliciter enim hoc dicimus de oibus: qm̄ terminos quidem semper ponēdū ꝑm vocationes nolum: vt hō: aut bonū: aut ℞ta: nō hois: aut nō boni: aut nō ℞torū: ꝓpōnes aūt sumēdū ꝑm vniuscuiusq; casus aut ei qm̄ huic vt eīle aut qm̄ huius vt duplū: aut qm̄ hoc vt feriēs vel vidēs: aut qm̄ hoc: vt qm̄ hō alal: aut si quoz mō alr cadit nomen ꝑm ꝓpōnē: ineſſe autē hoc huic: ⁊ verum esse hoc totiens sumēdum quotiēs predicamēta diuisa sunt: ⁊ hec aut quo: aut simpliciter. A

¶ Capitulum Trigesimumquartum

Vtin summa ⁊ in dicto vniuersali q termini subiecti oportet vt accipiantur cum modo quo accipiuntur separati idest directe seu nominatiue: quia hoc modo super propositiones ⁊ ipsorū syllogismorū: et propositiones quidem oz vt accipiantur secundum modum quo erunt vere: siue sint directe idest sumpte per nominatiuum: siue indirecte idest sumpte per casus: sicut dicitur decem sunt duplum quinq: ⁊ pānus est de lino. B

¶ Capitulum Trigesimumquintum

Aplius autem simplicia aut complexa: similiter autem ⁊ non esse considerandum: hoc autū ⁊ determinandū melius

¶ Capitulum Trigesimumquintum

T termini affirmatiui alicui non sunt semper simplices neq; absoluti: sed iam erunt compositi: oportet vt accipiantur secundum modum quo sunt veri ex compositione aut diuisione: aut absolutione: aut ligatione: ⁊ termini predicati secundum modum negationis.

¶ Capitulum Trigesimumsextum

Eduplicat aūt in ꝓpositionibus ad primam extremitatem ponendū nō ad mediū: dico aūt vt si fiat syllus: qm̄ iustitia est disciplina in eo q̄ bonū: qm̄. bonū inquātū bonum ad primā extremitatē ponēdū. Sit em̄. a. disciplina qm̄ bonū: in quo. b. bonū. In quo ℞. c. iustitia. Ergo. a. verū est de. b. p̄dicari nā bonū est disciplina qm̄ bonū: sz ⁊. b. de. c. nā iustitia q̄dē bonū: sic ergo fit resoko. Si aūt ad. b. ponat qm̄ bonū nō erit syll's. nā. a. q̄dez de. b. verū erit. b. aūt de. c. nō erit verū. Nā bonū qm̄ bonū predicare de iustitia falsum ⁊ non intelligibile. Sil'r autez ⁊ si salubre ostendatur quoniam disciplinatum est in eo q̄ bonum. aut hircoceruus opinabile in eo q̄ non existens: aut homo corruptibile in eo q̄ sensibile: in omnibus enim super predicatis ad extremum maius reduplicatio est ponenda. A De anadiastole thesi syllogismorum 2 de generationeꝫ propositione.

¶ Capitulum
Trigesimumsextum

UVA. BHSC. IyR_118_1

B Et termini qui iterantur in propositionibus tribus vicibus in quibusdā locis oportet vt iterentur tertio cum maiori: non cum termino medio. cuius exemplum est dictum nr̄m. homo est sensibile: ⁊ sensibile perditur ex parte qua est sensibile. ergo homo perditur ex parte qua est sensibilis: quia si iterauerimus dictuz nostrum ex parte qua est sensibilis: cum termino medio: ⁊ dixerimus: homo est sensibilis: ex eo ꝙ est sensibilis: est hoc falsum. ⁊ similiter dictum nr̄m. iustitia est bona. ⁊ bonum scitur ex eo ꝙ est bonum. ergo rectitudo siue iustitia scita ex eo ꝙ est bona: ⁊ bona. ⁊ si posuerimus ipsam cū termino medio: ⁊ dixerimus: iustitia est bona ex eo ꝙ est bona: est falsum: ⁊ non intelligibile. ⁊ indigemus quidem iteratione: quoniam per ipsam fit propositio vera: quia cum dixerimus ꝙ homo admittitur ⁊ non conditionatur ex eo ꝙ est sensibile est falsum.

A Capitulum trigesimumseptimum.

Non est autē eadē positio terminorū: qñ simpliciter quidem syllogizatum fuerit: ⁊ quandoqꝫ hic aliquid: aut quo: aut qūo. Dico autem vt qm̄ bonum scibile oñsum erat: et quādo scibile quid quoniam bonum: sed si simpliciter q̇dē disciplinatū oñsum est: mediū ponēdū est ens. Si aūt qm̄ bonū q̇dem ens sit. a. q̇dē disciplina qm̄ q̇d ens: in quo autē. b. ens q̇d: ⁊ in quo aūt. c. bonū: verū q̇dē. a. de. b.. p̄dicari: erat. n. disciplina alicui⁹ entis qm̄ q̇d ens: sꝫ ⁊. b. de. c. nā in quo. c. ens q̇d: q̄re ⁊. a. de. c. Erit ergo disciplina boni qm̄ bonū: erat. n. q̇d ens ꝓprie substātie signū. Si aūt ens mediū sit positū ⁊ ad extremū ens simpl̄r: nō q̇d ens dcm̄ sit nō erat syll̄s qm̄ disciplina ē boni qm̄ bonū: sꝫ qm̄ ens: vt si sit in quo. a. disciplina: qm̄ ens in quo. b. ens. in quo. c. bonū. Manifestū ergo qm̄ in particularibus syll̄is sic sumēdi sunt termini.

¶ Capitulum trigesimumseptimum.

B Inquit. ⁊ neqꝫ ꝓportio terminoꝝ in ꝓpōnibus syll̄i: cuius cōclusio est absoluta: sicut positio eius in syll̄o: cuius ps est sumpta ⁊ cōditionatur in ea conditio quedam. U. g. quia cum ostendat ostenso: ꝙ bonum est scitum: aut ꝙ ipsum est scitum quoddam. ostenditur quidem ꝙ ipsum est scitum quoddam per mediū eius. quod est inuentum quoddam non inuētū absolute. ⁊ si est intentio eius vt ostēdat ꝙ est scitum absolute accipiemus in oñsione illius ꝙ est inuentum absolute: qd̄ est: qꝛ cū dicimus ꝙ bonū est inuentū quoddā: ⁊ illud inuentum est scitum: est cōclusio ꝙ bonum est scitū quoddā. i. quod appropriat ipsum ꝙ est quidē qd̄ est constringens: significat q̇dē super ipsam ꝓprietatē in re: ⁊ cū dicimus: bonum est inuētum: ⁊ inuētum est scitū. cōcluditur q̇dē nobis ꝙ bonū est scitū ex eo ꝙ est innētnm: non ex parte appropriante ipsum.

¶ Capitulum trigesimumoctauum.

pro debita. resolutione p̄cepta.

Oportet autē ⁊ accipere que idē valeāt noīa ꝓ noībus ⁊ oro nē ꝓ oronib⁹ ⁊ nom̄: ⁊ oronē ⁊ semp ꝓ orone nomē accipere. Facilior. n. est terminorū expō: vt si nihil differt dicere suspicabile nō esse genus opinabil̄: aut nō esse idē quod suspicabile quid opinabile. Nam idem quod sign̄at pro oratione dcā suspicabile ⁊ opinabile termini ponendi sunt.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶Capitulum trigesimumoctauum.

Topz vt permutemus nomia in terminis: cum sunt nō manifesti nominibus manifestis ipsorum. ⁊ similiter permutemus dictum cōpositū dicto composito: quod manifestis ipso cum significatur super eam per dictum compositum nomen oportet vt accipiamus nomen loco illius dicti: quoniam illud est facilius ⁊ magis ꝓprium. g. quia cum non sit differentia inter dictum nostrum estimatum non est genus putatum ⁊ inter dictum nostrū estimatum non est putatum. oportet ergo vt operemur in sylo dictum nostrum. estimatum non est putatum loco dicti nostri. estimatum non est genus putatum.

¶Capitulum trigesimumnonum.

Quoniam vero non idem est esse voluptatem bonū ⁊ esse voluptatem quod bonū nō similiter ponēdū terminos. Sed si est sylls qm̄ voluptas est qz bonū terminū ponendū bonū. si aūt qm̄ qō bonū qō bonū. similiter autem et in alijs.

¶Capitulum trigesimumnonum.

Tvniuersaliter oportet obseruare vt sit interpretatio propositionum secundum modū qui erit in conclusione. s. vt nō addatur in cōclusione littera que nō sit in propositionibus: neq; minuatur ex littera assumpta in propositionibus: quod est. quia si est conclusio q; delectatio est bonum: oportet vt accipiatur bonum in propositionibus concludentibus hanc conclusionem; notificata m per. a. ⁊. que sunt articulus. ⁊ si est conclusio qō delectatio est bona atq; noticia oportet vt accipiatur bona in propositionibus secundum hunc modum: quoniam dīa magna est inter dcm nostrum dcm delectatio est bona dictū nostrū. delectatio est ipsum bonū: qō est: qz dictū primū significat qō delectatio est ex bono: ⁊ dictū secundum significat qō delectatio sola est bonum.

¶Capitulum quadragesimum. A

Non est autem idem neq; esse neq; dicere: quoniam cui. b. inest: huic quoq; omni. a. inest: ⁊ dicere: cui omni. b. inest: ⁊. a. inest omni: nihil enim prohibet. b. inesse. b. nō oi aūt vt si sit. b. q̄dē pulchrū qz. c. aūt albū. Si igit̄ alicui albo inest pulchrū verū est dicere: qm̄ albo inest pulchrū: sz nō oi fortasse. Si ergo. a. inest. b. nō oi aūt de quo. b. neq; si oi. c. inest. b. neq; sit solum inest. ne cesse. a. inesse. c. non quia non omni. Sed nec inest et: si autē de quo vtiq;. b. dicit̄ vere huic omni inest. a. accidit. a. de quo omni. b. dicitur de eo oi dici. Si q̄dē. a. dicitur de quo vtiq;. b. dicit̄ nihil phibet et qō est. c. inesse. b. a. autē non omni aut omnino non inesse. In tribus ergo terminis manifestū quoniam de quo. b. omni ⁊. a. dicitur: hoc est de quibuscūq;. b. dicit̄ de omnibus dici ⁊ a. ⁊ si. b. quidem de omni ⁊ a. similiter. Si autem non de omni non necesse est. a. de omni.

¶Capitulum Quadragesimum.

Tcum accipiunt̄ termini indefinite. s. vnus de alio oz vtob B
serues in eis in dicto de oi: qō est: qz magna differētia est iter h qō dicam⁹ i ꝓpositiōe maiore: qō illō i q̄ inenit̄. b. i oi ipso inuenit̄. a. aut inter hoc q; dicam⁹: q; a. inenit̄ in oi eo in quo inenit̄

UVA. BHSC. IyR_118_1

b.quoniam cum addiderimus dicto nostro:quod est.ꝙ.a. inuenitur in omni eo in quo inuenitur.b.ꝛ.b.est inuentũ in oi.g.cõcluditur nobis necessario.ꝙ. a.est inuentum in oi.g.sed cum addiderimus dicto nostro ꝙ illud in quo inuenitur.b.inuenitur.a.in ipso oi:dato ꝙ ista.b.inueniatur in.g.nõ sequit̃ ex hoc vt sit.a.inuentum in omni.g.cum sit cõditio quidem ꝙ res in qua inuenitur.a.in oi ipsa.Jamq; erit illud ius rei eiusdẽ in quo inuenitur b.in quo nõ inuenitur.a.ergo non sequitur ex illo vt sit inuentũ in omni.g.cũ sit iam possibile ꝙ.g.sit ex illo ꝙ disponitur per.b.ꝛ nõ inueniatur in eo.a.Et similiter cum est maior negatiua:qꝛ est magna differentia inter hoc qđ dicimus:ꝙ. a.est negatum ab omni ente in quo inuenitur.b.ꝛ inter hoc qđ dicimus:ꝙ.a. est negatũ ab omni eo in quo est ipsum.b.qđ est manifestũ:qꝛ qñ accipitur in terminis ꝙ.a.est dictum de omni re de qua dicitur.b.est dictũ de oi.g.nõ sequitur vt sit.a.dictum de de omni.g.ꝛsi accipiatur.ꝙ.a.est dictum de omni de quo dicitur.b.sequitur vt sit.a.dictum de omni.g.

¶ Capitulum Quadragesimumprimum

Alia littera Nõ eiꝫ vtimur eo quod est hoc.

Non oportet autẽ arbitrari ꝓpter expositionẽ aliquid accidere inconueniens:non enim laborauimus in eo ꝙ aliquid sit:sed quemadmodum geometer pedalem ꝛ rectam hanc ꝛ esse sine latitudine dicit que non est:sed non sic vtitur vt ex his syllogizans:omnino enim quod non est vt totum ad partem ꝛ aliud ad hec:vt pars ad totũ:ex nullo taliũ ostẽdit demonstrator. Neq; fit syllogismus.expositione autẽ sic vtimur vt sentiat q̃ discit dicentes. Non enim sic fit vt sine his non possibile demonstrare quẽ admodum ex quibus syll's. Non lateat autem nos quoniam in eodem syllogisimo non omnes cõclusiones per vnã eadẽq; figurã sunt Sed hec quidem ꝑ hãc:illa vero per aliã. Palã ergo quoniam et resolutiones sic faciende. Quoniam aũt nõ omnis propositio in omni figura:sed in vnaquaq; disposite sunt:manifestum ex conclusione in qua figura sit querendum. Et ad diffinitiones orationum quecũq; ad vnum quid sunt disputate eorum qui sunt in termino ad quod disputatum est terminum ponendum:ꝛ non totam orationem: minus em̃ contingit perturbari ꝑꝑ lõgitudinem:vt si aquam ostendit quoniam humidus potus.potum ꝛ aquam terminos ponendum.

¶ Capitulum Quadragesimumprimum

Inquit. ꝛ non oportet vt estimetur ꝙ nos imaginemur in dicto nostro ꝙ.a.est.b.ꝛ.b.est.g.ꝛ innuamus ꝛ adducamus in illo cum dicto impossibili:quia nos non operamur has litteras secundum ꝙ sunt ad determinatum quesitum exponendum: sed decipiamus eas loco materierum:sicut accipit geometra lineam quam designat loco linee in qua intendit demonstrare:ꝛ ideo iam ponit geometra ꝙ huius linee longitudo est hm̃oi quãtitatis:ꝛ ꝙ hec linea est hñs lõgitudinez sine latitudine:ꝛ nõ est ita in sensu:ꝛ ideo si sit.a.scriptũ nõ est.b.neq;.b.a.nos volumus in dicto nostro ꝙ quando non est.a.dictum de omni eo quod est.b. ꝛ.b.est.g.sđm.b.qđ nõ sequit̃ vt sit.a.dictũ de.g.nisi qꝛ cũ nõ est aliq̃d cui⁹ proportio ad aliud sit:sicut ꝓportio toti ꝛ ꝑtis ad partẽ totã:qm̃ nõ erit ex illo syllogismus:sꝫ accipiam⁹ loco extremorũ intrãtiũ sub hoc dicto litteras:qꝛ sunt faciliores in doctrina:cum sit dari exempla necessarium in doctrina.

Amplius

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ Capitulum.xlij.

Amplius aũt ex hypotesi syll'os nõ est tentãdum reducere: nã nõ est ex his que posita sunt reducere. Nan eniz per syll'm ostensi sunt sed per cõpositionẽ vel cõfessionẽ: vt si quis supponat ꝙ si vna quedã potestas nõ sit contrariorũ: neqꝫ disciplinã vnam esse: deinde disputat: qm̃ nõ est vna potestas cõtrariorũ: vt si sanatiui ⁊ egrotatiui. Simul em̃ idem erit sanatiuũ ⁊ egrotatiuũ: qm̃ ergo nõ est vna cõtrariorũ oĩuz potestas ostẽsum est: sed quoniaz nõ est disciplina vna nõ ostensum: quãuis confiteri sit necesse: at nõ ex syllogismo: sed ex suppositione: hoc igitur nõ est reducere. Quoniã aũt nec vna potestas est: sic eniz forsitan fuit syllogismũ: illud aũt cõditio: similiter aũt ⁊ in his q̃ per impossibile cõcluduntur. Nam neqꝫ hos est resoluere: sed ad impossibile quidẽ deductione est: syllogismo enim monstratur: alterũ aũt nõ est: sed ex suppositiõe enim cõcluditur. Differt aũt a predictis: qm̃ in illis quidẽ opz prius cõfiteri si debeãt cõcedere: vt si ostendatur vna potestas cõtrariorũ ⁊ disciplinã esse eandẽ. Hic aũt ⁊ nõ prius confessi cõcedunt: eo ꝙ manifestũ sit falsum: vt posito diametro simetro: ꝙ in paria equalia sint paribus: plures aũt ⁊ diuersi concluduntur ex suppositione quos perspicere opz ⁊ notare pure. Que ergo horuz differre: ⁊ quotiens fiunt qui sunt ex hypotesi postea dicemus. Nunc autem tantum sit nobis manifestum: quoniam nõ est resoluere in figuram huiusmodi sill'us ⁊ ob quam causam diximus. A

De resolutione syll'oruz adipossibilẽ ⁊ ex hypotesi.

¶ Capitulum.xlij.

Inquitqꝫ per hũc modũ ꝯsiderationis possibile est nobis vt soluamus syllogismos: ⁊ nõ opz vt queram⁹ ꝑm hunc modũ solutionẽ syllogismi conditionalis: qꝛ nõ est possibile vt soluamus syllogismũ qui ostenditur ꝑm modũ conditionis qm̃ illud quidẽ erit ꝑm modũ positiõis: ⁊ cõuenienter inter sermotionantes. sicut si ponamus positione ꝑz modũ cõuenienti ꝙ si est inuenta potentia vna nõ receptibilis cõtrariorũ nõ est cõtrarijs scientia vna: ⁊ illud quo possibile est vt soluatur ex hoc dicto nõ est illud qđ est positũ ꝑm modũ conditionis: qđ est dictũ nostrũ: ꝙ nõ est cõtrarijs scientia vna: sed id qđ possibile est vt soluat̃ est illud qđ ostẽsum est ꝑm modũ syllogismi predicatiui: ⁊ est dictum nostrũ: ꝙ inuenitur potẽtia vna nõ receptibilis cõtrariorũ: qm̃ iam super hoc fuit syllogismus: qđ est dictũ nostrũ. egritudo ⁊ sanitas sunt cõtraria: ⁊ egritudinis ⁊ sanitatis nõ est potẽtia vna. ergo opz ex hoc in figura tertia qđ nõ omniũ est cõtrariorũ. s. ipsorũ potentia vna: qm̃ si inuenit̃ hoc inuenitur aliquid sanũ ⁊ egrũ sil': sed est quidẽ hec: qꝛ syll's est ꝯditiõalis quo quidẽ ostendit̃ positũ per syllogismũ predicatiuũ. Et vniuersaliter syllogismus cõtrarij nõ soluitur ex eo nisi syllogismus predicatiuus qui ducit ad impossibile: nõ syll'us cõditionalis: qm̃ ostẽsum fuit ꝙ ipse iam est cõpositus ex duab⁹ speciebus syll'i. A

¶ Capitulum.xliij.

Quecũqꝫ aũt in plurimis figuris ꝯcluduntur propositiones si in altera syllogizatum est reducere syll'm in alteraz: vt eũ qui in prima est priuatiuum in secundam figuram: ⁊ eũ qui

De reciproca reductiõe syll'oruz vni⁹ figure ĩ aliã.

UVA. BHSC. IyR_118_1

est in media in primam: non omnis autē sed aliquando: erit autē manifestum in sequentibus. Si enim. a. nulli. b. b. autem omni. c. a. nulli. c. sic igitur prima figura. Si autem conuertatur priuatiua media erit: nam. b a. quidem nulli. c. autē omni inerit. Similiter aūt ⁊ si nō vniuersalis sz particularis fit sillogismus: vt si. a. quidem nulli. b. b. aūt alicui. c. cōuersa enim priuatiua media erit figura. Horum autē syllogismorum qui sunt in media figura: duo quidem vniuersalis reducuntur in primam figuram: particularium autem alter solus. Insit enim. a. b. quidē nulli. c. autem omni: conuersa enim priuatiua prima erit figura: nam. b. quidem nulli. a. a. autem nulli. c. inerat: si autē predicatiuum quidem sit. a. b. priuatiuum autez ad. c. primus terminus ponēdus ad. c. hoc enim nulli inest. a. a. vero omni. b. quare nulli. c. inerit. b. ergo ⁊. b. nulli. c. cōuertitur enim priuatiua. Si autē particularis sit syllogismus quando priuatiuum quidem erat ad maiorem extremitatem resoluetur in primā figuram. vt si. a. nulli. b. inest: alicui aūt. c. inest. cōuersa enim priuatiua p̄ma erat figura: nā. b. quidem nulli. a. a. aūt alicui. c. Quādo vero predicatiuū nō resoluetur: vt si. a. quidem. b. omni. c. autem non omni: non enim suscipit cōuersionem. a. b. neqz cū sit erit syllogismus. Rursum qui in tertia quidē sunt figura nō resoluent̄ oēs in primā. Qui aūt in prima non oēs in tertiā. Insit em̄. a. quidē omni. b. b. aūt alicui. c. ergo qr ꝯuertit̄ particularis p̄dicatiua inerit: ⁊. c. alicui. b. a. vero omni. b. inerat: quare fit in tertia figura: ⁊ si priuatiu⁹ sit syll's sil'r. Cōuertit̄ em̄ particularis p̄dicatiua: quare. a. quidē nulli. b. c. aūt alicui inerit. a. Horū autem syll'oꝝ q̄ sunt in postrema vnus tm̄ nō resoluit̄ in prima qn̄ vl'r ponit̄ p̄uatiua: alij aūt oēs resoluūt̄. Predicet̄ em̄ d̄ oī. c. a. ⁊. b. ergo ꝯuertitur. c. ad vtrūqz particul'r: inerit ergo alicui. b. quare erit p̄ma figura. Et si q̄dē. a. oī. c. c. aūt alicui. b. si. a. q̄dē oī. c. b. alicui. c. eadē est rō: cōnertit̄ em̄. b. ad. c. Si aūt. b. q̄dē oī. c. a. aūt alicui. c. p̄mū terminū ponēdū. b. naz. b. oī. c. c. aūt alicui. a. q̄re. b. alicui. a. qm̄ āt ꝯuertit̄ ꝑticularis. a. alicui. b. īerit. Et si p̄uatiu⁹ sit syll's vl'ib⁹ termīs exn̄tib⁹ sil'r sumēdū. Insit eī. b. oī. c. a. aūt nulli. c. ergo alicui. b. īerit. c. a. aūt nulli. c. q̄re erit mediū. c. sil'r aūt ⁊ si priuatiua quidē sit vl'is: p̄dicatiua aūt ꝑticularis: nā. a. q̄dē nulli. c. c. aūt alicui. b. inerit. Si aūt ꝑticularis sumat̄ priuatiua nō erit solutio: vt si. b. q̄dē oī. c. a. aūt alicui. c. nō inest: ꝯuersa em̄. b. c. vtreqz ꝓpōnes erūt ꝑticulares: manifestuz aūt qm̄ ad resoluendū seinuicē figuras q̄ cū minore extremitate est ꝓpō ꝯuertēda est in vtrisqz figuris. Hac em̄ trāsposita cōmutatio fit: hoꝝ aūt q̄ in media sunt figura: alter q̄dē in tertia resoluit̄: alter vero nō resoluit̄ ī tertiā: nā cū est vl'is p̄uatiua resoluit̄: si em̄. a. nulli. b. c. aūt alicui vtraqz sil'r ꝯuertunt̄ ad. a. quare. b. q̄dē nulli. a. c. vero alicui. a. mediū ergo est. a. Qn̄ aūt. a. oī. b. c. aūt alicui. a. nō inest: nō est resolutio: neutra em̄ ꝓpōnū ex ꝯuersiōe vl'is: q̄ aūt ex tertia sunt figura

UVA. BHSC. IyR_118_1

resoluunt in mediã qñ fuerit vl'is priuatiua: vt si. a. nulli. c. b. aũt alicui. c. aut oi. Nã. c. a. q̃dez nulli. b. ãt alicui inerit: si aũt ꝑticularis sit ꝑuatiua nõ resoluit: nõ em̃ suscipit ꝯuersionẽ ꝑticularis negatiua. Mãifestũ aũt qm̃ idẽ syll'i ñ resoluunt i his figuris: qm̃ nec i ꝑmã resoluti sũt: ⁊ qm̃ i prima figura resolutis syll'is isti soli ꝑ ĩpossibile clauduntur. Quomodo ergo oportet reducere syllogismos: ⁊ quoniam resoluuntur figure in se inuicem manifestum ex predictis. B

¶ Capitulum. xliij.

ostēdit illud idē in triāgulo equicruro equaliū laterū:⁊ nō docet de natura inuentionis equalitatis angulorū:duob⁹ rectis triāgulo:postq̄ hoc.s.q̄ inuentio ipsius cuilibet speciei specierū triāguli.Et hoc postq̄ nō docet q̄ inuenitur vere triāgulo in hoc q̄ est triāgulus nisi sit docēs illud p modū accidētis.Sed quēadmodū est scia:⁊ ēt qr nō sit docēs de natura inuētiōis equalitatis angulorū duob⁹ rectis triāgulo magis q̄ ipsa est inuēta triāgulo diuersorū laterū:⁊ equaliū laterū:⁊ equaliū cruriū:ergo nō docet ꝓpterea q̄ res est inuenta tm̄ triāgulo in eo q̄ est triāgulus:⁊ qm̄ nō est triāgulus nisi habens tres angulos equales duob⁹ rectis:vt ostendamus nō erit differētia inter hoc vt sciat, illud per modū sciētie q̄ q̄ adipiscat̄ per inductionē:⁊ hec est res nō sufficiēs in demōstratione.Et locus quidē in quo accidit nobis:vt putemus q̄ nos iam ostēdimus rem que est de oi:⁊ nos nō ostēdimus eā:est quidē locus in quo accidit nobis:vt ostēdamus rem certā p mediū tm̄ potētia inuentū p̄dicatū de oi.Sz putam⁹ q̄ est p̄dicatū de oi:ꝓpter essentiā termini medij cū hac dispōne.U.g. vt ostēdit geometricus:qm̄ cum cadit linea recta sup duas lineas rectas:⁊ sit vnusquisq̄ duorū angulorū intersectorū in parte vna equalis duobus rectis: tunc due linee sunt equedistātes:qm̄ equedistātia q̄dē inuenit̄ in oibus lineis duab⁹ que sunt cū oi dispositione.Sed nō est de oi:qm̄ equedistātia q̄ inuenit̄ de oib⁹ duabus lineis sup quas cadit linea tertia:⁊ est aggregatio angulorū intersectorum in parte vna equalis duobus rectis:siue sit vnusquisq̄ ipsorum duorum rectis:aut sit quod diminuitur ab vno additur alij:sed esse quidē terminum medium in hoc est quidem predicatum de omni.

¶ Capitulum.xiij.

Et si triangulus nō esset aliud q̄ ꝟm q̄ est isocheles videretur vtiq̄ esse:⁊ proportionale quod ⁊ commutabiliter est ꝟm q̄ numeri sunt:⁊ ꝟm q̄ linee:⁊ ꝟm q̄ firma: et ꝟm q̄ tempora sunt:quemadmodum ⁊ demonstratū est aliquando seorsum contingens vtiq̄ esse de omnib⁹ vna demonstratione monstrari.Sed propter id quod non est denominatum aliquid in quo omnia hec vnum sunt numeri:longitudines:tempora:⁊ firma:⁊ specie differre seorsum inuicem accepta sunt. Non autem vniuersale monstratur:non enim ꝟm q̄ linee sunt:aut ꝟm q̄ numeri inerant:sed ꝟm q̄ hoc est quod vniuersale ponunt esse. Propter hoc neq̄ si aliquis monstret ꝟm vnumquēq̄ triangulum demonstratiōe aut vna:aut altera q̄ duos rectos habet vnusquisq̄ isopleurus seorsum:⁊ equicrurus:nondum cognouit trianguluz q̄ duos rectos habet nisi sophistico modo neq̄ vniuersale trianguli:neq̄ si nullus est preter hoc triangulus alter. Non enim ꝟm q̄ triāgulus est cognouit:neq̄ omnem triangulum:sed inquantū ꝟm numerum:ꝟm speciez autem non omnem:⁊ si nullus est quem non nouit.

A

B

C Aduerte q̄ hoc cōmentū exponit textū subsequētem

¶ Capitulum.xiij.

Et cū sit hec maior cōditiōib⁹ demōstrationū.iā ergo oportet vt sciam⁹ qñ vr̄ nobis scia p p̄dicatū qd̄ est de oi:⁊ qm̄ nō euadit.Dicem⁹ ergo qm̄ qñ ostēdim⁹ aliq̄d vnū ⁊ idē rebus multis:⁊ si inuenirem⁹ illas res q̄dē diuersas in noib⁹ tm̄:sicut est diuersitas spade ⁊ gladij:⁊ intentionē vnā in ambob⁹:tunc demōstratio de eis est de oi.U.g.qm̄ si eēt intētio triāguli diuersorū laterū:⁊ intētio triāguli equaliū cruriū in intentiōe vna ⁊

UVA. BHSC. IyR_118_1

eadem iam videtur nobis ꝙ equalitas angulorum duobus rectis ostensa quidem esset triangulo diuersorum laterum ⁊ equalium crurium ꝑm viam demõstrationis: sed cum est nõ intentio ipsarum vna ⁊ eadem: sed intentio vniuscuiusq; ipsorum est preter intentionem alterius: tunc ostensio non est.

¶ Capitulum.xiiij.

D Quando igitur nõ nouit vniuersaliter: ⁊ quando non nouit simpliciter: manifestum est: ꝙ si idem erat triangulo esse ⁊ equilatero aut vnicuiq; aut omnibus. si vero non idem: sed alterum est: aut ꝑm ꝙ est triangulus nõ nouit. Utrũ autem ꝑm ꝙ est triangulus: aut ꝑz ꝙ est isocheles sit: ⁊ quando ꝑm hoc est primum: ⁊ vniuersale cuius demõstratio est: manifestum est: quoniam quando remoto insit primum: vt isocheli ⁊ eneo triangulo insunt duo recti. Sed eneum omne remoto ⁊ isochele: sed non figura vel extremitate: sed nõ primis. Cuius igitur primi? Si itaq; triangulus est. ⁊ secũdum hoc inest ⁊ alijs. ⁊ huiusmodi vniuersaliter est demonstratio.

¶ Capitulum.xiiij.

E Predicatum de omni possum⁹ inuenire per hoc vt ostẽdamus res per quas disponimus res quibus affirmamus illud predicatũ: ⁊ cũ inuenimus dispositionẽ: ⁊ cũ ipsa remanet ⁊ auferunt̃ alique dispõnes remanet predicatũ: ⁊ cum ipsa aufert̃: aufert̃ p̃dicatũ ꝑꝑ ablationẽ ipsius: tunc illa dispositio est: ꝓpter quã inuenitur ostensio de omni. U.g. qꝛ nos cũ ostenderimus in triãgulo equicruro facto ex ere: aut ferro: aut ligno ꝙ anguli eius sunt equales duobus rectis: qm̃ cũ voluerim⁹ inuenire dispositionẽ: ꝓpter qnã inuenit̃ hoc predicatũ: ⁊ inuenim⁹ ꝙ qñ abstulerimus ab eo qđ est ex ere: ⁊ remanebit nobis ꝙ est triãgulus: nõ aufert̃ ab eo predicatũ qđ est equalitas angulorum duob⁹ rectis. ⁊ silr̃ qñ abstulerim⁹ ab eo qđ est equicruris: aut alia ex dispõnibus inuẽtis ei nõ aufert̃ ab ipso hoc p̃dicatũ. sed qñ abstulerim⁹ ab eo triãgulũ ⁊ faciem⁹ remanere reliquas dispõnes: ⁊ p̃dicatũ aufert̃ ab eo ablatũ post. Et nõ est vt permutet hunc canonẽ ꝙ nos inuenim⁹ cũ auferim⁹: ⁊ ab eo ꝙ est figura aut habẽs terminos qꝛ eleuat̃ ab eo equalitas angulorũ duob⁹ rectis qm̃ illud nõ est eleuatiõe prima sed accidit ei: ꝓpter ablationẽ triãguli ꝑ ipsi⁹ ablationẽ. Et si eẽt possibile ꝙ remaneret tibi triãgul⁹ ⁊ auferet̃ figura: nõ auferetur predicatũ qđ est equalitas angulorũ duob⁹ rectis. Cũ ergo sciuimus per hãc viã ꝙ predicatũ quidẽ est inuentũ triãgulo de omni sciuim⁹ qm̃ id inuentũ ostẽsum sit de omni: ⁊ ꝙ ipsum est ꝓpter qđ ostẽditur ꝑm viam demonstrationis vnicuiq; specierum trianguli. s. triangulo diuersorum laterũ ⁊ equicruro ⁊ equilatero equalitas trium angulorum eius duobus rectis.

¶ Capitulum.xv.

A Demr̃atione ex necessarijs ⁊ ꝓpõib⁹ ꝑ se esse.

Si igit̃ est demr̃atiua scĩa ex necessarijs p̃ncipijs: qđ eniz scit̃ nõ põt se hr̃e alr̃. Que aũt per se sunt necessaria: illis aũt ipsa reb⁹ hoc q̃dez em̃ sunt in eo qđ q̃d est. insunt in eo qđ q̃d est p̃dicatis de ipsis: quorũ alterꝝ oppositoruz necesse est inesse. Manifestũ est ꝙ ex huiusmodi quibusdam vtiq; sit demonstratiuus syllogismus. Omne em̃ aut sic est aut

B ꝑm accidens. Accidentia autem non necessaria sunt.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶Capitulum.xv.

C

TCum iam ostēsum sit quid est predicatio de oi: z ostēsi sunt modi predicatorū p se: z q sunt duo modi quorū vnus est predicatū. Et est iam ostensum q demōstratio oportet vt sit ex necessarijs propositionibus cū sit scitum per demonstrationē ex cōditione: vt nō sit per diuersum eius qđ scitur nec in tempore aliquo: z illud qđ est necessarium propter propositiones necessarias. Et sunt propositiones necessarie que sunt per se predicatum de omni. ergo est manifestum q oportet vt sit demonstratio ex propositionibus per se predicatis de omni. Et Ari. quidez videtur q omnē per se est necessarium per se: z etiam quoniam demonstratio: D sicut dixit non euadit quin sit ex propositionibus per se: aut accidentalibus: z si est ex accidentalibus: nō est ex necessarijs propterea: quia propositiones accidētales nō sunt necessarie si ipsa est ex reb⁹ necessarijs: nō ergo ex accidentalibus. z quando nō est ex rebus accidentalibus ergo ex his que sunt per se.

¶Capitulum.xvj.

B

AUt igitur sic dicendum: aut principiuz ponentibus q demonstratio necessarium sit: et si demōstratum sit nō posse aliter se habere ex necessarijs. ergo oportet esse syllogismum. ex veris quidem est non demonstrantem syllogizare: ex necessarijs autem non est nisi aut demonstrantem: hoc enim demonstrationis est. Signum autem est q demōstratio ex necessarijs sit: quoniam z instantias ita ferimus ad opinantes demonstrare: quoniam nō sit necesse si opinamur aut omnino contingere aliter: aut rationis causa. ¶Manifestum autem ex his est: z quoniam stulti sunt accipere opinati bona principia si probabilis sit propositio z vera: vt sophiste: quoniam z scire scientiam est habere: non enim eo quod probabile est aut non principium est: sed primum generis circa quod demonstratur z verum non omne principium.

Et protagoras quem ridet plato i dialogoquē iscripsit ptagorā B

¶Capitulum.xvj.

QUrit Et qm̄ qđē ppones demōstratiōis opz vt sint necessarie. z hoc est q ponim⁹ pncipiū in hoc qđ opz vt sit p se: iamq3 pole est sufficiant in ostēsione illius in hoc qđ precessit: z pole est vt ostēdam⁹ illud ostēsiōe ampliorū p hoc vt incipiamus loq in eo per principia alia. Et dicam⁹ qm̄ cū opz vt sit cōcl'o necessaria immutabilis: opz vt sit demōstratio ex qua puenit nobis scia in hac disp̄one ēt: 3 ipsa est indignior in hoc: z cū sit necessariū demōstratiū vt sit cū disp̄one. s. necessaria. ergo opz vt̄ ppositiōes sint necessarie: nisi qz nō est opportunū in oi syll'o vt sit ex ppōnibus necessarijs: qđ est: qm̄ iā est possibile nobis vt cōcludat cōcl'o q̄dā vera ex ppositiōib⁹ veris nō necessarijs: 3 ex pdūctione demōstratiōis: vt si ex ppōnib⁹: q cū hoc q sunt vere sint necessarie: iāq3 significat sup hoc qđ nos qđē cōtradicimus: qz cogitat q iā induxit demōstrationē quādā sup quesitū quoddā ex q̄stitis: p̄ter qđ quāuis nō induxit in quo: vt faciam⁹ eū scire q demōstratio quā tulit in eo nō est ppositionib⁹ necessarijs: aut q ille syllogism⁹ quē putet esse ex cōcludēte nō est cōcludens: aut per hoc q ille propositiones sumpte sunt ex famosis: z famosa nō sunt certe. Dixit etiam Bino ostendens q ponit attentionem propositionum demonstrationum: vt sint famose est in vltimo certitudinis ignomentum: sicut quod putat Alfrotegeras in his propositiōibus quod ipse sunt demonstratiue: z illud est: quia ipse dixit quod ille apud quem scitur scientia:

UVA. BHSC. IyR_118_1

et qui habet scientiã ipse quidem scit quid est scientia: et hoc est falsum: ꝯuis sit probabile: et illud est q cũ nos dicim⁹ q nõ sufficit etiã ꝓpõnib⁹ demõstrationis vt sint vere tm̃: sed vt sint necessarie ⁊ ꝓportionales ⁊ ꝓprie generi in quo accipiunt̃: quãto magis nõ sufficit vt sint famose: qm̃ nõ oẽ famosum verum. quãto plus vt inueniantur in eo relique conditiones alie.

¶Capitulum. xvij.

A QUod autem ex necessarijs esse oportet syllogismum manifestum et ex his est: si enim nõ habens rationem ꝓpter q̃d existente demonstratione non est sciens: esset autem vtiq; q. a. de. c. ex necessitate esse: quare. b. autem medium per qõ demonstratũ est nõ ex necessitate nõ scit ꝓpter quid. non est enim hoc ꝓpter mediũ: hoc enim quidem contingit non esse: conclusionem autem necessariam. ¶Amplius si aliquis nescit nunc habẽs B rationem ⁊ saluatus est salua re nec oblitus: neq; prius sciuit: corrũpetur autem vtiq; medium nisi sit necessarium: quare habebit quidẽ rationem saluam saluare: nescit autem neq; ergo prius sciuit. si vero non corruptum est contingit autem corrumpi quod accidit vtiq; erit possibile et contingens: sed est impossibile sic se habente scire: cũ ¶ quidẽ igit ꝯclusio ex necessitate est: nihil prohibet mediũ nõ necessariũ esse ꝓpter qõ demõstratũ est. est enim necessariũ nõ ex necessarijs syllogizare: sicut et verũ non ex veris. ¶Cum autem medium ex necessitate est: ⁊ conclusio ex necessitate sicut ex veris verum semper sit enim. a. de. b. ex necessitate: ⁊ hoc de. c. necesse ergo est ⁊. a. c. esse: ꝫ cũ nõ necessaria sit conclusio: neq; medium necessarium esse possibile est. Sit enim. a. in. c. non ex necessitate ineſſe: in. b. autem: et hoc in. c. ex necessitate et. a. ergo in. c. ex necessitate erit: sed non suppositum est.

¶Capitulum. xvij.

D AMꝫ apparet q opꝫ vt sit demõstratio ex propositionibus necessarijs ꝓpterea q qui nescit rem q sit necessaria per rem necessariam non scit q illa res est necessaria per causaz suam: quoniam essentia rei necessarie est necessaria: et qui nescit rẽ per causam suam: non habet scientiam eius nisi per viam accidentis. U. g. quoniam qui putat q ism scit q. a. est inuẽtum in oi. g. necessario per medium: qõ est. b. manifestum est q inuẽtio. a. g. necessario ex termino medio: qõ est: qr terminus medius: qõ est. b. iam est possibile vt auferat̃: ⁊ si apud aiã q. a. est inuẽtũ. g. necessario: ⁊ cũ sit illud ita. ergo. b. qõ est terminus medi⁹ nõ est causa scientie nostre. et q. a. inuentũ est. g. necessario nisi sit illud p accidẽs. Et etiã ampli⁹ si hõ iam scit per mediũ nõ necessariũ sciam necessariam. sequitur ergo ism hoc vt sit positũ in tpe quodã syllogismus inuẽtus: ⁊ syllogizans inuẽtus: et cõclusio inuẽta: et scia eorũ inuẽta: qõ est: qr iam est possibile vt auferatur terminus medius: et scit quesitũ non scitum. et syllogism⁹ inE uentus erit. ergo dispositio nostra in ignorando causam illius quesiti est nobis similis: sicut dispositio nostra cum eo anteq; sit apud nos scientia ipsius: et illud est quando auferatur terminus medius. et si vero est terminus medius non sublat⁹. ergo oportet vt sit dispositio nostra vt scia cõclusionis dispositio

UVA. BHSC. IyR_118_1

illius qui videt ꝙ scientia illius est res possibilis vt permutetur. ⁊ non res necessaria. ⁊ idem est: quia si terminus medius est possibilis: et non est impossibile vt cadat scientia per hoc conclusum necessariū ꝓpter terminum medium non necessarium: sed per accidens non per se: sicut qui concludit: ⁊ dicit homo est ambulans: et ambulans est animal. ergo homo est animal necessario. sicut non est possibile: vt cadat propositio vera ex propositionib⁹ falsis: et illud est quia dispositio in sequela necessitatis cōclusionis ad propositiones est: sicut dispositio sequele veritatis eius ad veritatem propositionū. sicut ostensuz est in lib. syllogismi cū sint ꝓpōnes necessarie est conclusio necessaria: qm̄ si non esset necessaria: sed esset possibilis: essent propositiones possibiles: iamq; posite sunt necessarie. et hoc est diuersum non proportionabile: sicut est cum propositiones sunt vere. et est conclusio vera et necessaria: nec conuertitur hoc scz quoniam quando est conclusio necessaria sunt propositiones necessarie: sicut ostensum est: sicut est dispositio in veritate propositionum: quoniam non sequitur ex inuentione consequentis inuentio antecedentis: sicut ostensum est in libro syllogismi. F

¶ Capitulum. xviij.

Quoniā igitur qđ scit demōstratiue oportet ex necessitate eē: manifestum ꝙ per medium necessariū oportet habere demonstrationem. aut non sciet. neq; propter quid: neq; propter quia. necesse est illud esse: sed aut opinabitur nesciens si accipiat tanq̄ necessariū nō necessariū: aūt neq; opinabitur similiter siue: qꝛ scit per media siue ꝓpter quid ⁊ per immediata. Accidentium autē nō per se (quō determinatū est per se esse) nō est scīa demonstratiua: nō enim est ex necessitate demōstrare ꝯclusionē. Accidēs enim contingit nō esse. de tali enim dico accidēti: et tñ dubitaret fortassis aliquis cuius causa hec: opz interrogare de his si non necesse est ꝯclusionē esse. Nihil enim differt si aliquis interrogatus cōtingentia: postea dicat conclusionē: opz autem interrogare non tāq̄ necessarium esse propter interrogata: sed qđ dicere necesse est illa dicenti si et vera dicenti si vera sunt. A B

¶ Capitulum. xviij.

Et qui scit aliquid per medium nō necessariū ipse quidē nō scit ꝙ res ꝯclusa apud eum sit necessaria. sed qui scit res per mediū nō necessariū est inter duo: aut vt putet ꝙ ipse scit et ipse non scit: ⁊ est qñ putat ꝑ mediū qđ non est necessariū ꝙ est necessariū: aut vt inficeret ꝙ ipse nescit. ⁊ hec cum scit ꝙ illud medium est nō necessariū: qm̄ nō est apud eū ex scīa: nec ꝙ illud est inuētum in illa hora qua sciuit illud medium esse nō necessariū: qm̄ nō est apud eum ex scīa: nisi ꝙ illud est inuētum in illa hora qua sciuit illud: ⁊ qm̄ iam possibile est vt mutetur hō in se: aut permutetur terminus medius in se: et scientia per medium illud. C

¶ Iamq; dubitatur dubio. et dicit si est cōclusio quidem necessaria ex propositionibus necessarijs quo ergo producitur syllogismus nisi ex propositionibus necessarij: iam ergo opz vt non sit hoc syllogismus dialecticus qui non concludit nisi ex ꝓpōnib⁹ q̄ ꝯcedūt ei a rñdēte in quo ꝯcl̄o non est necessaria. Dubiū.

¶ Et solutio hui⁹ est ꝓpinqua ex eo ꝙ p̄cessit: qđ est: qm̄ quidē đr in diffinitione syll̄i ꝙ est oratio ex qua sequit̄ res alia necessario nō ꝙ đr res alia necessaria. ergo necessitas in syllogismo est in ipsa ꝯsecutione ꝯcl̄onis: ex ꝓpōnib⁹ nō solutio.

UVA. BHSC. IyR_118_1

in essentia ꝯcl'onis necessarie. ¶ Et cũ sit ostẽsum ꝙ ꝓpõnes demostrationis opꝫ ꝙ sint necessarie: ⁊ ꝙ necessarie sunt per se ⁊ de omi. manifestũ est ergo ꝙ
D quesita demõstrabilia opꝫ vt sint per se: qm̃ i q̃sitis accidẽtalib⁹ nõ cadit sciẽtia ex necessario cum inueniũtur et non inueniuntur: et propter hoc non sunt propositiones ex rebus accidentalibus.

Demonstratiões ex his q̃ ꝑ se sũt ⁊ ex ꝓpetuis eẽ.

¶ Capitulum. xix.



Uoniã aũt ex necessitate sunt circa vnũquodq̃ gen⁹ quecũq̃ ꝑ se sunt: ⁊ ꝑm ꝙ vnũquodq̃ est. Manifestũ ẽ qm̃ de his q̃ ꝑ se sunt sciales demõstrationes ⁊ ex talib⁹ sũt: accidẽtia eĩ nõ necessaria sunt. Quare nõ necessariũ cõ-
A clusionẽ scire ꝓpter q̃d sit: neq̃ si semꝑ sit nõ ꝑ se aũt vt sunt ꝑ signa syllogismi: qđ em̃ per se nõ per se sciet neq̃ propter q̃d. Propter quid autem scire est: per se causam scire: propter ipsuꝫ ergo oportet ⁊ mediũ tertio et primũ medio inesse.

¶ Capitulum. xix.



B Dixit nõ sufficit in termino medio in ꝓpõnib⁹ demõstrationũ absolutarũ vt sint ꝑ se tm̃: sꝫ vt sint cã hec cã ꝯcl'onis: qm̃ hic sunt syll'i: et iã ꝯcludẽtes termini medij in eis ꝑ se: sꝫ ipsi posteriores ad ꝯcl'ones ipse sunt q̃ noiant̃ demõstrationes nõ absolute sicut q̃ ꝯcludit nobis: mulier est p̃gnãs: qm̃ est habẽs lac: ⁊ illđ est qꝛ p̃gnatio est cã lactis: ⁊ lac est posteri⁹ ad eã. Sed qm̃quidez propositiones demonstrationes opꝫ vt sint ꝓportionales: hoc est manifestũ: qm̃ opꝫ vt terminus medius sit inuẽtus ꝑ se in minori: et maior inuẽtus ꝑ se medio.

¶ Capitulum. xx.



A Non ergo est ex alio gñe trãscẽdẽtẽ demõstrare vt geometricũ ĩ arithmeticã: tria eĩ sunt ĩ demõstrationib⁹. vnũ q̃dẽ qđ demõstrat̃ ꝯcl'o: hoc aũt ẽ qđ inest alicui gñi ꝑ se. vnũ aũt dignitates: dignitates aũt sunt ea ex q̃b⁹ demõstratio est. tertiũ aũt gen⁹ subiectũ cui⁹ passiones ⁊ ꝑ se accñtia oñdit demõstratio. Ex q̃b⁹ igit̃ demõstratio fit ꝯtingit eadẽ esse. Quoꝝ aũt genus alterũ est sicut arithmetice ⁊ geometrie: nõ ẽ eĩ arithmetica demãstrationẽ accõmodare ĩ magnitudinib⁹ accñtia: nisi magnitudines numeri sint: hoc aũt quẽadmodũ ꝯtingit ĩ q̃busdã posterioꝛib⁹ dicet̃. Sed arithmetica demõstratio semꝑ hꝫ genus circa qđ fit demõstratio et alie sil'r: quare aut simpl'r necesse est genus idẽ esse aut sic si dꝫ demõstratio trãscẽdere: al'r aũt ꝙ impossibile manifestũ est: ex eodẽ em̃ gñe necesse est vltima ⁊ media esse. si nãq̃ nõ sunt ꝑ se accidẽtia erũt: ꝓpter hoc geometrie nõ est mõstrare ꝙ ꝯtrariorũ eadẽ est scĩa: sꝫ neq̃ ꝙ duo cubi cubus sit vnus: neq̃ scĩe alij ꝙ alteri⁹ est: sed nisi aut quecũq̃ sic se habẽt adinuicẽ vt sit alterũ sub altero perspectiuum ad geometriam: ⁊ vt armonica ad arithmeticam nisi aliquid inest lineis non ꝑm ꝙ linee sunt et inquantum ex principijs sunt vt si pulcherrima linearum recta est aut si cõtrario se habet circulari: non enim ꝑm ꝙ ipsorum est proprium genus: sed inquantum commune est quiddam.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ Capitulum. xx.

Et cũ sit res ita. ergo est manifestũ ꝙ propõnes demõstrationis sunt vni⁹ generis: ⁊ qꝛ ex illo nõ est possibile vt trãsferat̃ demõstratio de gñe sciarũ ad genus aliud qm̃ ꝓpõnes ꝓprie ꝓportionales sunt incluse in gñe necessitatis: ⁊ accñs in generib⁹ separatis: et ꝓpter hoc non est possibile geometre vt faciat demõstrationẽ ĩ ostẽsione rei geometre ꝑ ꝓpõnes quas agit arithmeticus: ⁊ hoc q̃dẽ est propterea qꝛ res ex q̃b⁹ fabricat̃ natura demõstrationis ⁊ format̃ in qualibet arte sunt tres res quarũ vna ptãs quesita in illa arte: ⁊ sunt q̃ ostẽdunt̃ esse inuẽte subiecto ꝑ se. Et scd̃a est res scie ꝑ naturã in illa de accñtib⁹ designatis inuẽtis ei ꝑ seipsam: ⁊ ipsa q̃ noiat̃ substãtia artis: ⁊ ꝓpõnes q̃dẽ ex q̃b⁹ est demõstratio in vnoquoqꝫ gñe: ⁊ natura qualibet ex naturis artiũ demõstratiuarũ ex quo sũt ex reb⁹ ꝑ se generi. Jam ergo opꝫ vt sint ꝓprie ⁊ si sint hee ꝓpõnes plurib⁹ generib⁹: ostẽdet̃ ergo qũo fiũt artes ꝓprie eis: ita res etiã est in q̃sitis: etiam. s. qm̃ in eis opꝫ vt ꝓpriũ ĩ natura subiecta cũ sint ꝑ se ei: ⁊ qm̃ opꝫ vt propõnes sint ꝓprie cuiqꝫ generi: ⁊ sil̃r quesita. est ergo primo ostẽsum qm̃ nõ est possibile vt trãsferat̃ demõstratio de gñe ad gen⁹: ⁊ cã in illo est: qm̃ subiecta artium sunt diuersa sicut diuersitas nature numeri q̃ est subiectũ arithmetice a natura mẽsure q̃ est subiectũ arti geometrie: ⁊ ꝓpter hoc est demõstratio q̃ est sup quesitũ numerale nõ possibile trãsferri ad mẽsurã: ⁊ demõstratio ꝯstãs sup rẽ geometricã nõ est possibile vt trãsferat̃ ad rẽ non geometricã. Sed est possibile quidẽ vt trãsferat̃ de arte ad artẽ cũ est quesitũ in duab⁹ artib⁹ vnũ et idẽ absolute seu possibile illud siue sit vnũ ex ꝑte q̃dã: ⁊ hoc vt sit vna duaꝝ artiũ sub alia arte sicut scia aspectiua q̃ sub scia geometrie: ⁊ sicut scia musica q̃ est sub scia numeri: qm̃ scia aspectiua q̃ est sub scia geometrie est, sicut scia musice que est sub scia numeri: qm̃ scia aspectiua agit res geometricas: ⁊ scia musice res numerales. ⁊ qm̃ quidẽ sunt quesita duo quesita tũc nõ est possibile vt demõstret̃ vnũ ipsorũ ꝑterq̃ꝫ in arte ꝓpria sua. U. g. qm̃ nõ est possibile vt ostẽdat geometra ꝙ vnum est ꝯtrariũ vni ꝯtrario: ⁊ qm̃ ꝯtrarioꝝ duoꝝ scia ẽ vna: qm̃ hoc est scie diuine sicut non est scie diuine vt ostẽdat ꝙ duoꝝ cuborũ cum multiplicat vnũ ⁊ alterũ sit ex eis numerus cubus: sed illud quidẽ est arithmetici: ⁊ nõ q̃dẽ tm̃ est possibile vt ostẽdat artifex rem esse inuẽtam sub subiecto artis sue: sed ⁊ rem que est inuẽta subiecto artis sue: nisi qꝛ nõ est ex reb⁹ ꝑ se ei et propter hoc nõ est geometre vt ostẽdat ꝙ linea circularis aut recta est pulcherrima linearũ: q̃uis sint melius ⁊ decẽtius res inuẽte magnitudinib⁹: sed nõ sunt inuente eis per se: ⁊ ex hoc est ex eo ꝙ significent̃ vltima significatione qd̃ nõ est possibile vt trãsferat̃ demõstratio de arte ad artẽ: qm̃ res communes subiectis pluriũ artiũ sunt ex rebus accidẽtalib⁹ nõ ex rebus per se.

¶ Capitulum. xxj.

Manifestũ est autẽ ⁊ si sint ꝓpõnes vniuersales ex quibus est syllogismus ꝙ necesse est conclusionem esse perpetuam hmõi demonstrationis et simpl̃r vt est dicere demonstrationis: non est ergo demonstratio corruptibilium: nec scientia simpliciter. sed sic sicut est ꝟm accidens: quia autem vniuersaliter ipsius non est: sed aliquando et sic. ¶ Cum autem sit necesse alteram non vniuersalem esse propositionem ⁊ corruptibilem corruptibili quidem qm̃ ⁊ cõclusio ex his quare ⁊ cõclusionem: cũ nõ vniuersali aũt ꝙ hoc quidẽ erit: hoc aũt nõ erit in quibus quare nõ est vniuersalem syllogizare: sed qm̃ nunc est.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶Capitulum.xxj.

B Lex manifestatione q̄ cōclusio demonstrationis est vniuersalis et per se:manifestum est q̄ ipsa non constituit sunt res corruptibiles, demonstratio nisi ſm modum ęvia'accidentis: et si esset demonstratio possibilis ex rebus corruptibilibus et particularibus: sequeretur vt essent propositiones minores particulares corruptibiles:quoniam subiectum est in eis generabile subiectum cōclusionis:et erunt etiam non vniuersales.

¶Capitulum.xxij.

A Similiter autē se habet ꝛ circa diffinitiones qm̄ est diffinitio aut principiū demonstrationis: aut demōstratio positione differēs:aut ꝓclusio quedā demonstrationis. Eorū autē que sepe fiunt demonstrationes et scie vt lune defectus:manifestum est q̄ ſm q̄ hmōi sunt semper sunt:inquātum aūt non semper ſm partem sunt:sicut autem defectus silr est in alijs.

¶Capitulum.xxij.

B Eqđ opꝫ ex hoc demonstrat:opꝫ in diffinitione demōstrari.ſ. q̄ termini sint nō generabiles neq; corruptibiles cum sint diffinitiones quidē aut principia demonstrationū : aut cōclusio demonstrationū:aut demōstratio trāſmutata in positione ipsi⁹ sicut ostendamus post ꝛ in rebus particularib⁹ que renouant vna post aliam sicut eclypsis:demonstratio quidem non cōstituitur ex parte qua sunt particulares:sed constituitur quidē super naturam cōmunē vniuersalem oībus:et non huic eclypsi particulari:quēadmodū nō stat demonstratio sup rem particularem que non redit ostendetur post hoc ostensione sufficienti:et oportet vt sciatur q̄ non sufficit in propositionibus demōstrationū q̄ sunt demonstrationes absolute nō in cōparatione ad nos vt sint termini medij necessarij tantum nisi concedatur nobis esse necessarium qđ est per se:sed vt sint cū hoc per se:quoniam iam putant q̄ hic sunt syllogismi in quibus sunt termini medij necessarij:sed ipsi non sunt:et illud est cum accidit vt sint due res:quarū vnaquęq; est inuēta rei cuidā per se:ꝛ accidit vt accipiatur vna ipsarū in ostē sione sue cōparis:sicut si ostēderet ostendēs q̄ huic egroto est febris acciden talis.propterta quia pulsus eius est diuersus:qm̄ huic dicto sequitur per se ad putredinē ꝛ inuentum vnū eorū alij necessario:sed si dicatur in huius necessitate:et est cum necessarius et in similibus suis dictum per communitatem et nominis et essentie in similibus in quibus certificatur vt dicatur qđ est necessarium est per se ſm scientiam Aristo.

A ¶Capitulum.xxiij.

Quoniā aūt manifestū est qđ vnū qđ demōstrare nō est:sed aut ex vniuscuiusq; ꝓncipijs si id qđ demōstrat sit ſm q̄ ē illō nō est scire hoc si ex veris ꝛ idemōstrabilib⁹ mōstret et immediatis. Est ei sic mōstrare sicut Baſson tetragonismon manifestū ꝛ ſm:cōe ei demōstrāt rōnes hmōi ꝛ q̄ alteri iesit vñ ꝛ in alijs quentūt he rōnes:nō tñ primis. Nō itaq; ſm q̄ illud est scit:ſz ſm accns.nō ei quenit demōstratio ꝛ ī aliud gen⁹:vnūquodq; aūt scimus nō ſm accns cū ſm illud nō cognoscimus ſm q̄ est ex princi pijs illius inq̄tū illud est vt duob⁹ rectis equales habere qđ inest

per ipsum

UVA. BHSC. IyR_118_1

per ipsum quod dictū est ex principijs huius. Quare si per se ꝛ illud ineſt cui ineſt neceſſe eſt medium in eadem proximitate eſſe: si vero non sed sicut armonica per arithmeticam huiusmodi autem demonstrant quidez simiſiter. Sed differūt ipsum enim quidem quia alterius quidem scientie est: subiectum ꝛenim alterum genus est: sed ꝓpter quid superioris est cuius per se passiones sunt. Quare ex his manifestuz est ꝙ non sit demonstrare vnumquodꝙ simpliciter: nisi ex vniuscuiusꝙ ꝓncipijs est: sed horum principia habent commune. Si aūt hoc manifestum est: manifestum ꝛ ꝙ nō est vniuscuiusꝙ propria ꝓncipia monstrare. Erunt enim illa omnium principia ꝛ scientia illoruz domina. omniū namꝙ ꝛ sciuit magis qui ex superioribus causis sciuit: ex prioribus enim sciut: cum non ex causatis sciat causas. Quare si magis sciuit ꝛ maxime: ꝛ si scientia illa erit ꝛ magis ꝛ maxime: ſz demonstratio non conuenit in aliud genus nisi sicut dictum est geometrice in mechanicas aut perſpectiuas ꝛ arithmetice in armonicas.

Buſo.



B

C

D

¶ Capitulum. xxiij.

Am ergo ostēsum est ex hoc: qm̄ nō est via vt stet demōstratio sup rem aliquā: nisi ex ꝓncipijs suis ꝓportionatis quelap propriantur sibi: ꝛ qm̄ nō sufficit in demōstrationibus: vt sint propositiones sue vere ꝛ immediate. i. note ꝙ se tm̄: ſz vt sint cū hoc proprie subiecto de quo speculat in eis: ꝛ ꝓpter hoc demōstratio Buſonis quā fecit in extractione q̄drati equalis circulo nō est oīno demonstratiua: quāuis agat in eo ꝓpones vas: qm̄ sunt cōes cōitate: ꝛ illa est qm̄ postq̄ si sit quadratū maius oi figura cadēte in circulo ꝛ minus oi figura cadēte extra circulū dixit ꝙ quadratū cui⁹ hec diſpō est opz vt sit eq̄le circulo: qm̄ circulus est maior oi figura cadēte in eo ꝛ minor oi figura cadēte extra ipsum: ꝛ res q̄ sunt minus ꝛ pl⁹ simul reb⁹ vnis ꝛ eisdē sunt eq̄les ꝛ hec enūciatio cōis ꝛ vtis quāuis sit vera nō ꝓpria est: sed cōis. ꝛ pp hoc exposuit Aris. in lib. sophistice ꝙ oſtio Buſonis est oñsio sophistica cuius nō sit falſa: sed noiauit eā sophisticā. i. apparētē oñsionē: cū putet in ea ꝙ sit demōstratio: ꝛ nō sit demōstratio ꝓpter hoc est possibile vt trāſferat hec intētio oñsis ex arte ad artē: ꝛ agit in oñsione rerū multarū. Et ex quo est demōstratio sicut oñsum fuit ꝙ est q̄dē ex reb⁹ per se ꝛ ꝓpijs: opz ergo necessario vt sit terminus medi⁹ in demōstratione: aut ex natura gñis subiecti illi arti: aut ex natura gñis altioris cōitātis illud genus sicut sunt demōstratiōes multe de reb⁹ musicalib⁹ ex ꝓncipijs numeralib⁹: ꝛ illud q̄ ei⁹ gen⁹ est intrās sub numero. Et sicut id qđ oñditur de reb⁹ multis q̄ sunt in scia aſpectiua ex ꝓncipijs geometricis: ꝛ hoc quidē accidit duabus artibus huiusmodi ex pte qua vna est sub alia: tūc ars q̄ cōſideratur in gñe supiori oſtēdit ex illa re causam illi⁹: ꝛ alia: ars q̄ est sub ea oñdit ex illa re inuentionem illius. V. g. qm̄ ars musica supponit ꝙ longitudo q̄ est quatuor est conueniens cum stat super causam hmōi cōuenientie ex arte numeri: ꝛ est quia hoc neuma est ſm̄ proportionē addētis partē: ꝛ neuma q̄ est ſm̄ ꝓportionē addentis duplici. V. g. aut addētis partem est cōcordās: ꝛ sicut illud quod supponit

Cōmēt. Auerr. sup lib. log.

z

UVA. BHSC. IyR_118_1

artifex aspectiue sciētie ꝙ res qñ aspiciūtur a longinq̄ vident̄ minores ⁊ dant cām illi⁹ ex arte geometrie: ⁊ est ꝙ angulo minori subtendit̄ linea minor: ⁊ est q̄dē illud ꝓpterea: qꝛ mediū qđ est ex sciētia altiori in hmōi reb⁹ est p̄dicatio q̄siti ꝑ cām illi⁹ in arte inferiori cām ꝓpinquā. Et cū iam sit demōstratū ꝙ demōstrationes sunt q̄dē ex p̄ncipijs p̄cedētib⁹ per naturā q̄ sunt notiora apud nos ⁊ apđ naturā. ergo cū est manifestū: qm̄ nō est pol̄e vt ostēdat artifex p̄ncipia sue artis in genere ꝓpria subiecti ei⁹: ꝓpterea qꝛ indiget̄ in ostēsione illoꝝ p̄ncipioꝝ vt sint p̄ncipia alia ꝓpria in illo gñe ꝓcedētia ipsa: ⁊ p̄ncipijs p̄mis nō sunt p̄ncipia p̄ora: sed si sunt sūt cōia. Et ꝓpter hoc opꝫ vt sit demonstratio oīum principioꝝ scie: sapiētie. s. philosophie p̄me cui⁹ subiectū est intētio in eo qđ inuētū. iā ergo ostēsum est ex dicto ꝙ demōstratio est ex p̄ncipijs ꝓportiōalib⁹ ꝓprijs q̄ sunt cāe ꝓpinque rei ⁊ est manifestū cū hoc qñ est pol̄e vt trāsferat̄ hmōi demonstratio de arte ad artem: ⁊ quando non est possibile.

¶ Capitulum. xxiiij.

A de principijs tum vag⁹ cōibusq̄ tuꝫ ꝓprijs ac addict⁹

Difficile autem noscere est si sciuit aut non. difficile enim noscere est: si ex vniuscuiusq̄ principijs sciuimus aut nō quod est scire: opinamur autem si habeamus ex veris aliquibus syllogismum ⁊ primis scire: sed hoc non est: sed proxima oportet esse primis. Dico autem principia in vnoquoq̄ genere: hec q̄ ꝙ sint non contingit demonstrare. Quid quidem ergo prima significent ⁊ que sunt ex his accipit̄. Quod autem sint principia quidē necesse est accipere. alia vero demōstrare vt q̄d vnitas: ⁊ q̄d rectum: et quid est triangulus: esse autem vnitatem accipere ⁊ magnitudinem: altera vero demonstrare. Sunt autem quibus vtuntur in demonstratiuis disciplinis quidem alia ꝓpria vniuscuiusq̄ scientie: alia vero cōmunia. Communia autem ꝑm analogiā quoniā vtile est quidem in eo quod est sub scientia genere. propria principia quidem vt lineam esse huiusmodi ⁊ rectum. Cōmunia autem vt ab equalibus equalia si auferas: quidē equalia reliqua sunt. sufficiens autem est vnūquodq̄ istorum quantūcūq̄ in genere est: idē eniꝫ faciet. ⁊ si non de omnibus accipiat: sed in magnitudinibus solum arimethice autem in numeris. Sunt autem propria quidem: ⁊ que accipiuntur esse circa que scientia speculatur que sunt per se: vt arithmetica vnitates: geometria autem signa ⁊ lineas: hec enim recipiunt esse ⁊ hoc esse. Horum autem passiones per se quid quidē significet vnūquodq̄ accipiunt: vt arithmetica quidem quid impar aut par: aut quadrāgulus: aut cubus. Geometria vero quid proportionale: aut refractum esse: aut inclinari: qđ autem sint demonstrent per communia: ⁊ ex his que demonstrentur per communia. ⁊ astrologia similiter.

¶ Capitulum. xxiiij.

B

Et propterea. qꝛ est demonstratio absoluta que dat causam rei ꝓpinquā ipsa demōstratio cuius ꝓpositiones sunt inuēte cum his proprietatibus ⁊ conditionibus que precesserunt: est nobis durum: vt sciamus naturā demōstrationis que est demonstratio ꝑꝫ veritatē ꝓpter grauitatē dubitatiōis ⁊ scientie harū cōditionū super

UVA. BHSC. IyR_118_1

nos: ⁊ putamus multotiēs ꝙ nos iamq̄ scimus rem sciētia vera ⁊ scimus eam per ꝓpōnes veras ⁊ imediatas: ⁊ nō ē res ita donec sint in ip̄a reliq̄ ꝯditiones q̄s narrauim⁹ ex ꝓportiōalib⁹ ⁊ prioribꝰ ꝑ nām. Et ex quo cū oīs demr̄ationis ꝯplemētū ⁊ firmitas est ex trib⁹ reb⁹: quaꝝ vna ē res sub̄a in illa arte. Et scd̄a ē ꝓpōnes quaꝝ receptio ē opportuna. Et tertia ē p̄dicata q̄sita in illa arte. s. inuētio ip̄oꝝ ipsis subiectis: ꝫ ē manifestū cui speculat̄ in arte: opꝫ vt p̄cedant apd̄ eū in his trib⁹ gn̄ib⁹ scie prime: cū iā sit ꝓpositū: ꝙ oīs scia ⁊ oīs disciplīa opꝫ q̄dē vt sit ex scia p̄cedēte in sub̄o q̄dē opꝫ vt p̄cedat ⁊ ꝯcedat̄ ex re ip̄i⁹ qm̄ ip̄m ē inuētū: neq̄ inq̄rat ex inuētiōe ei⁹ penit⁹: qm̄ nō hꝫ ꝓpōnes ꝑ q̄s inquirat ex eo in ꝓpōnib⁹ q̄dē opꝫ p̄cedere ⁊ scire ex re ipsaꝝ: ⁊ q̄d significent noīa ipsaꝝ ꝙ sint inuēta: ⁊ in p̄dicatis q̄sitis: vt iueniant̄ subiectis idē: qd̄ ē vt sciatur ex re ipsoꝝ q̄d significet nomē ipsoꝝ tm̄. D. q̄rat̄ inuētio ipsoꝝ sub̄is ꝑ demōstratiōes sicut idiget geometria vt sciat̄ q̄d significet nomē triāguli ⁊ circuli ⁊ recti ⁊ curui: ⁊ arithmetic⁹ q̄d significet nomē ꝑis ⁊ iparis ⁊ primi nō primi. Et qn̄ nō idiget̄ i his trib⁹ vt p̄cedat scia istaꝝ reꝝ ꝑꝑ apparētiā rei ipsius qd̄ ē: qꝛ multa sunt ex subiectis in q̄b⁹ nō idigem⁹ vt p̄cedam⁹ ⁊ enūciemus: qꝛ opꝫ familiarē hui⁹ artis qd̄ ꝯcedat inuētionē ipsoꝝ cū sit inuētio ipsoꝝ in vltimo apparitiōis apd̄ sensum sicut ē inuētio caloris ⁊ frigoris: qd̄ ē subiectū scie nālis. Et multa sunt in q̄b⁹ idiget̄ hoc sicut ē dispō in nūero: quoniā ꝯtemplator in ipso opꝫ vt sciat prīo qd̄ ip̄e q̄dē ꝯcedat iuētionē ipsi⁹ ꝯcessiōe: quoniā inuētio ipsi⁹ abscōsa ē apd̄ sensum: ⁊ silr̄ ē dispō i quātitate mēsuris ⁊ magnitudinib⁹: ⁊ similiter multa ex ꝓpositionib⁹ ⁊ p̄dicatis quesitis sunt in quibus non indiget̄ vt precedat ⁊ sciatur quid significat nomē ipsorū sicut in propositione in qua d̄r qn̄ minuunt̄ ab eq̄lib⁹ eq̄lia: remanēt eq̄lia residua. Et ex ꝓpositionibus que aguntur in artib⁹ quedā sunt ꝓprie ⁊ sunt ꝓportionales per se que est impossibile vt agātur in plurib⁹ generib⁹ vno sicut qd̄ linea recta est positū. s. subiectū super v rtutē punctorū oppositorum: ⁊ quedam sunt cōes plurib⁹ generib⁹: nisi qꝛ cōitas earum non est sicut cōitas nature vnius: sed sicut cōitas proportionis sic dictū dieētis cōminuunt̄ a rebus equalibus res equales: remanēt residua eq̄lia: quoniā hec enūciatio ē vera de magnitudinib⁹ ⁊ de nūeris ⁊ tp̄e: sꝫ non ē eq̄litas in eis intētio vna ad placitum: sicut communitas aīalis hoī ⁊ equo: sed in communitate ⁊ proportione. Et iste ꝓpositiones qn̄ opat̄ eas artifex cuiusq̄ artis ponit eas ⁊ docet eas sub̄o suo ꝓprio: ⁊ ē vis cārū vis ꝓpositionū propriarū proportionaliū: sicut qd̄ dicit geometra loco dicti nr̄i res eq̄les magnitudines equales: ⁊ qd̄ dicit arithmetica loco illi⁹ nūeri equales: ⁊ ꝑꝑ hoc non accidit huiusmodi proportionalib⁹ dubitatio i eo qd̄ dictū ē pri⁹ ꝙ propositiones demr̄ationū opꝫ vt sint proprie ⁊ proportionales. Et quoniā opꝫ ꝑꝑ hoc vt non transferat̄ demonstratio ex arte ad artē: quoniā he propositiones communes sunt propositiones multe: et q̄ agunt̄ ex eis in geometria sunt p̄ter eas q̄ agunt̄ in numero.

¶ Capitulum. xxv.

Omnis enim demonstratiua sciētia circa tria est: ⁊ quecūq̄ eē ponunt̄: hec aūt sūt: gen⁹ cui⁹ ꝑ se passionū speculatiua ē ⁊ q̄ cōes dignitates dicūt̄. Ex q̄b⁹ p̄mis demr̄at̄ ⁊ tertiū passiōes q̄rū q̄d significet vnaquaq̄ accipit. Quasdā tn̄ scias nihil ꝓhibet q̄dā horū despicere vt genus non supponere esse: si sit manifestū qm̄ est: nō enim simil̄r manifestum qd̄ numerus sit: et qd̄ calidum et frigidum: et passiones recipere quid significant si sint

UVA. BHSC. IyR_118_1

manifeste:sicut nec cōmunia non recipit quid significēt:vel quod est equalia ab equalibus demere:quontā notū est:sed nihil minus naturatria hec sunt circa quod ꝛ demonstrat ꝛ que demōstrat ꝛ ex quibus:non est aūt suppositio neq; petitio quod necesse esse:ꝛ propter seipsum ꝛ videri necesse est. Non enim ad exteriorē rationem demonstratio est:sed ad eam que est in anima:quontā neq; syllogism⁹:semper enim est instare ad exterius rationē:sed ad interius rationez nō semper:quecūq; igitur demonstrabilia accipit ipse non demonstrās hec quidem probabilia si accipiat dicenti supponuntur ꝛ sunt non est simpliciter suppositio:sed ad illum solum. Si vero aut nulla existente opinione vel ꝛ contraria merisistente assumat idem petit: et in hoc differunt suppositio ꝛ questio. Est enim questio in contrariū dicentis opinionī:aut quod si aliquis demonstrabile cum sit accipiat ꝛ vtatur non demonstrans:termini igitur non sunt suppositiones. Nihil enim esse aut non esse dicuntur:sed in propositionibus sunt suppositiones:sed solum terminos intelligere oportet. hec autem nō est suppositio nisi et audire suppositionem aliquis esse dicat: sed quibuscūq; existentibus in eo q̄ illa sunt fit conclusio. Neq; geometra falsa supponit sicut quidam affirmant dicentes q̄ non oportet falso vti geometram:aut mentiri dicentem vnius pedis esse non vnius pedis:aut rectam scriptam non rectam existentem:sed geometra nihil concludit in eo q̄ est hec linea quā ipse dixit:sed que per hec ostē duntur. Amplius petitio ꝛ suppositio omnis aut sicut totuz est:aut sicut in parte:termini autem neutrum horum. Species quidem igitur esse aut vnum aliquid extra multa non necesse est: si demonstratio erit:esse tamen vnum de multis verum dicere necesse est:nō enim erit vniuersale nisi hoc fit. Si vero vniuersale non sit medium non erit. Quare neq; demonstratio. Oportet igitur aliquod vnum ꝛ idē in pluribus esse non equiuoce.

¶Capitulum.xxv.

C Ex propositiōibus que proportionātur cuilibet arti quedam sunt ꝓpositiōes note p̄ naturā necessarie receptiōis ꝛ q̄dā sunt ꝓlogus:ꝛ quedā sunt radices posite: ꝛ quedā diffinitiones. Et ꝓpositiones note per naturam diuersificanꝫ ꝓlogo ꝛ radice posita:ꝓpterea q̄ ꝓpositiōes note p̄ naturaz sunt vere per se:ꝛ non est possibile vt aliqs ꝛrariū imaginet̄ per intellectū q̄ sint alio mō q̄ sint:neq; est pose q̄ instet eis in rōne terminorum:sed si est in ratione exteriori que est locutio tantum:ꝛ demōstratio est ꝑm rationē interiorē nō ꝑm rationē exteriorē:sed radix posita est propositio quam concedit discipulus magistro ꝑm q̄ est ex parte magister: non ꝑm quod est res manifesta apud discipulum:nec est apud eum;etiam scientis diuerso eo:sed ꝓlogus cit quod concedit discipulus a sciente:sed habet scientiam diuersi eius:ꝛ diuersificantur diffinitiones ꝛ radices posite ꝛ ꝓlogi:ex hoc q̄ diffinitiones non sunt enunciantes q̄ res sit inuenta aut nō sit inuenta:ꝛ diffinitio quidē est pars ꝓpositionis:ꝛ diffinitiōibus intelligitur ipsa re

UVA. BHSC. IyR_118_1

⁊ intentio ipsius. Sed radices posite sunt que cũ ꝯcedunt̃ sequit̃ eas inuentio cõclusionis: ⁊ nõ agit geometra in geometria ꝓpositiones falsas sicut putãt quidã cum dicũt: qm̃ ipse ponit hanc lineã huius quãtitatis: ⁊ nõ est apd̃ sensum illius mẽsure: ⁊ ponit ꝙ hec linea est recta ⁊ nõ est linea de qua exẽplificatur recta: qm̃ geometra nõ demõstrat de linea qua exẽplificat: sed demonstrat quidẽ de linea q̃ est in mẽte sua. s. intellecta qui accipit̃ illa linea sensibilibus exẽplũ ⁊ loco illius ⁊ differẽtia alia inter diffinitiões ⁊ ꝓlogũ ⁊ radices positas est ꝙ diffinitio nõ est nisi vl̃is ⁊ ille sunt vl̃es ⁊ ꝑticulares: ⁊ demonstratio nõ cõstat semp̃ res multas ꝑm ꝙ sunt multe: sed super naturã vl̃em infusaꝫ in illis rebus multis enũciata de eis enũciatione demõstratiua: quoniam quando nõ erit in rebus multis natura hmõi dispositionis nõ est ibi intentio vl̃is inuenta: ⁊ cum nõ est ibi intentio vl̃is inuẽta nõ erit terminus medius predicatus de eo ex via quid est: ⁊ cum nõ est ibi terminus medius nõ est ibi demõstratio penitus: ⁊ propter hoc quidẽ oportet vt sit in rebus multis super quas stant demõstrationes: natura huiusmodi dispositionis predicata de reb⁹ multis. vniuoce nõ propter conueniẽtiam nominis.

¶ Capitulum. xxvj. A

Contingere autem simul affirmare ⁊ negare: neqꝫ vna recipit demonstratio: nisi indigeat monstrare ⁊ conclusionem sic: ostenditur autem accipientibus primum de medio qd̃ verum sit affirmare. Negare autem non verũ medium autem nihil differt esse et nõ esse accipere similiter autem ⁊ tertium. Si enim detur de quo hominem verum est dicere: ⁊ si non hominem verum. Sed si solum hominem animal esse omne: non animal autem non: erit enim veruꝫ dicere calliam: siue non calliam esse animal. non animal autem non. Causa autem est ꝙ primum nõ solum de medio dicitur: sed ⁊ de alio: ꝓpterea ꝙ est in pluribus. Quare si neqꝫ mediũ ⁊ ipsum ad conclusionem nihil differt: omne autem aut affirmare aut negare que est ad impossibile demonstratio accipit: ⁊ hec neqꝫ semper vniuersalia: sed qd̃ insufficiens est: sufficiens autem est in genere. Dico autẽ in genere vt circa qd̃ genus demonstrationes fert sicut ⁊ dictum est prius.

¶ Capitulum. xxvj.

Dixit ⁊ enũciatio vl̃is cõis demõstrationi qua d̃r ꝙ due ꝑtes ꝯtradictiõis nõ est pol̃e vt sint simul vere ꝓpter apparẽtiã ipsius iã nolum⁹ multotiẽs explanare per ipsam in demonstratiõibus ⁊ nõ ponamus ipsam partẽ ꝓpõnis ex demonstrationibus nisi cum indiget ea ⁊ hoc in duob⁹ locis: quoꝝ vnus est cũ volum⁹ demõstrare ꝙ p̃dicatũ inuẽtũ est subiecto: ⁊ ei⁹ ꝯtradictoriũ est nõ inuẽtum ei sicut volumus ostẽdere ꝙ mund⁹ est finit⁹: ⁊ qd̃ nõ est infinitus: ⁊ qñ accipim⁹ illud: tunc oportet vt conditionemus cõditionẽ in termino maiori. U. g. cum volumus ostendere hanc intentionem de mundo per medium eius qd̃ est corpus tunc nos dicemus. mundus est corpus ⁊ corpus est finitum: ⁊ non est infinitum: ⁊ concluditur nobis ꝙ mũdus est finitus ⁊ nõ est infinitus. Et hec nõ est cõditionatio ꝑficiẽs in hac intẽtiõe in termino medio. s. in p̃dicatiõe termini medij de maiore ⁊ negatiõe cõtradictorij eius ab eo: ⁊ similiter i dispositiõe termini minoris de medio: ⁊ negatiõe eius cõtradictorij ab eo ⁊ illud est: qui a B

UVA. BHSC. IyR_118_1

predicatio medij de maiore ⁊ negatio eius cõtradictorij ab eo verificat̃ q̃dem cum est terminus maior equalis medio: ⁊ sic est dispositio medij cum minori. Sed cum est cõmunior ipso nõ verificat̃ illud: sicut dictũ nostrũ cõcludit̃ qđ est corpus per mediũ qđ est animal. qm̃ nõ certificat̃ nob̃ ꝯuersio ꝓpõnis maioris hui⁹ figure. q̃ ẽ ꝙ oẽ corp⁹ ẽ aĩal ⁊ ꝙ nõ ẽ nõ aĩal: sicut certificat̃ ꝙ oẽ aĩal ẽ corpus: ⁊ ꝙ ipsum nõ est nõ corpus: ⁊ etiã in materia in qua certificat̃ nobis hec ꝯditionatio: ⁊ est hec cõditionatio nõ ꝓficiẽs in ꝯcludẽdo qđ intendit̃: q̃ terminus maior est inuẽtus minori: ⁊ ꝯtradictoriũ est nõ inuẽtuz ei. Et locus scđs est. s. in quo agitur hec enũciatio cõis manifesta est cũ demõstramus de re demõstratiõe impoĩis qñ dicemus ⁊ qñ est falsum: ergo eius ꝯtradictoriũ ⁊ est verũ: qm̃ duo cõtradictoria agũtur simul super falsitatem. Sed nos non agimus eam in scientijs particularibus. s. ꝙ appropriãtur alicui generi inuẽtorum ex parte qua ipsa est communis: sed per ꝙ hec appropriamus eam subiecto ꝟm quantitatem quam posuimus vt sit proportionalis sicut precessit illud ex dicto nostro.

¶ Capitulum. xxvij.

A Communicant autem scientie omnes inuicem ꝟm communia: communia autem dico quibus vtuntur tanq̃ ex his demonstrantes: sed non de quibus demonstrãt. Et dialectica omnibus: ⁊ si aliqua vniuersaliter tentet monstrare communia: vt quidem omne affirmare/ aut negare/ aut qđ ẽ eq̃lia ab eq̃libus/ aut talium q̃libet: sed dialectica

B non est sic diffinitorum quorundam: neq̃ generis alicuius vnius: nõ enim interrogaret: non est enim interrogare demonstrantem propter id quod oppositis existentibus non demonstratur idem. Ostensum autem est hoc in his que de syllogismo. Si autem idem est interrogatio syllogistica ⁊ propositio contradictionis. propositiones autez ꝟm vnãquãq̃ scientiam ex quibus est syllogismus ꝟm vnãquamq̃ scientiam esset vtiq̃ aliqua interrogatio scientialis: ex quibus quidem est ꝟm vnãquãq̃ proprius sit syllogismus. Manifestum vtiq̃ qđ non omnis interrogatio geometrica vtiq̃ erit neq̃ medicinalis. sed ex quibus vel monstratur quippiam de quibus geometria est. vel ex eisdem monstratur geometrice: quemadmodum perspectiue: similiter autem ⁊ in alijs. Et de his quidem ⁊ rationem ponendam esse ex geometricis principijs ⁊ conclusionibus: sed ex non geometricis principijs ⁊ conclusionibus rationem non ponendam esse geometre ꝟm qđ est geometer. Similiter autem ⁊ in alijs scientijs. Neq̃ omnem interrogationem vtiq̃ est vnumquemq̃ scientem interrogare: neq̃ omne interrogatum respondere de vnoquoq̃: sed que sunt scientiam determinatam. Si autem disputabit cum geometra secundum quod est geometra: sic manifestũ est: et quod bene: si ex his aliquid demonstret: si vero non: non bene. Manifestũ est autẽ qđ non arguit geometrã: nisi ꝟm accidens: quare aut vtiq̃ erit nõ in geometricis de geometria disputãdum. Latebit autem praue disputantẽ similiter autem ⁊ in alijs se habet scientijs.

Cuiusq̃ disciplie ꝓp̃as accõmodatasq̃ esse interrogationes.

¶ Capitulum. xxvij.

UVA. BHSC. IyR_118_1

Et hoc genus enunciationũ. s. cões in comparatione quarum cõicant omnes scientie. Et ars topice iam laborat conuersare has propositiones et confirmare eas. et similiter scientia appellata sapientia: nisi quia differentia inter duas scientias est ꝙ ars topice non intẽdit ostensionem rei proprie: neq; ei subiectum proprium: et ideo sunt propositiones quas cooperatur ars topice accepte ex questione: et demonstratio non accipit propositiones ex questione: qm̃ non est eis intentio confirmare vtrasq; duarum contradictoriarũ quecũq; ipsa accidat: sed eius intentio est confirmare rem vnam tantum: ⁊ improbare eius cõtradictoriũ: ⁊ quesitum quomodo propositio ⁊ cõclusio sunt res vna in substantia: sed diuersificantur in modo: et ideo est conditio in quesitis demonstratiuis ipsa eadem conditio in propositionibus demonstratiuis: et impossibile est vt transmutentur propositiones proprie in scientia et sciẽtia: et ponãtur questiones in illa scia: ⁊ ex quo sunt ꝯditiones questionũ ĩ scia et scia ipsa eedẽ ꝯditiones ꝓpõnũ manifestũ est ꝙ nõ opz geometrã rñdere ad quãcũq; questionẽ accidentẽ medico de quacũq; qõne. Et vl'r non est semper artificẽ artis vt rñdeat nisi ad qõnes q̃ appropriant̃ arti sue: ⁊ nõ ad qõnes q̃ sunt gñis qđ est alterũ ab arte sua. U. g. qm̃ nõ opz artificẽ scie aspectiue vt respõdeat nisi ad questionẽ que appropriat̃ scie sue: aut ad questionẽ scie geometrie quas facit principia in aite sua. sed nõ rñdet ex principijs illarũ qõnũ inq̃tum ipse est speculator scie aspectiue: sz tñ det quidẽ ex eis inq̃tũ est geometra. et geometra etiã si rñdebit de scia aspectiua accidit illud ex eo qđ sunt res ꝯñtes subiectũ suũ ⁊ intrãtes sub eo. Et cũ est hoc ita: apparet ergo ꝙ non est possibile vt loquatur artifex artis cum eo qui non est de familia illius artis: qm̃ si facit hõ illud accidet error ei in arte.

Capitulum. xxviij.

Quoniã aũt sunt geometrice interrogatiões: nõne sunt ⁊ nõ geometrice? Et ꝑm vnãquãq; sciam que est: ⁊ que ꝑm ignorantiã geometrice sunt. Et vtrũ ꝑm ignorantiã syll's sit qui est ex oppositis syll's an paralogismus: ꝑm geometriã autẽ aut q̃ ex alia arte: vt musica est interrogatio nõ geometrica. De geometria vero paralellas coincidere opinari geometrica quodãmodo est ⁊ nõ geometrica alio modo. Duplex enim hoc est sicut arithmon ⁊ altera quidem non geometrica eo modo se habet sicut arihmon. Altera vero in praue se habendo ⁊ ignorantia hec: ⁊ que est ex huiusmodi principijs contraria est.

Capitulum. xxviij.

Amq; q̃ret q̃rẽs: ⁊ dicet si ẽ pol'e vt cadãt in scia q̃libz ex sciẽtijs qõnes iportunales illi scie. U. g. si rememorent̃ in scia geometrie qõnes nõ geometricales: ⁊ si cadũt: vtrũ sint ꝓportiõales illi scie aut alij. Et vtrũ ĩ oĩ arte accidãt qõnes q̃ sunt error: ⁊ si accidũt vtꝝ sit error ĩ illo ꝑꝑ figurã syllĩ. aut ꝑꝑ mãz ipsi⁹: dicem⁹ ꝙ dcm̃ nr̃z: qõ nõ geometrica. U. g. ⁊ nõ nũeral' itelligit̃ duob⁹ modis. Quorũ vn⁹ ẽ: id cui nõ ẽ appẽditiũ in arte aliq̃ mõ: sicut ẽ ꝙ dr̃ ĩ ꝑuatiõe soni ꝙ ẽ nõ son⁹. Et scđs ẽ cui ẽ appẽditiũ ĩ arte: sz ẽ appẽditiũ erroneũ ⁊ malũ: sicut id qđ dr̃ in eo qđ hz sonũ malũ qđ nõ hz vocẽ: ⁊ hec scia ẽ vna diuisionũ ignorãtie. s. ignorãtia ꝯrij veri: q̃ est credulitas falsitatis: nõ ignorãtia que est ꝑuatio veri ⁊ illud est vt nõ habet hãc credulitatẽ in rẽ penitus nõ falsi neq; veri. Et illud in quo quidem dicitur qđ est nõ geometricum ꝓpter hoc quod est geometricũ

UVA. BHSC. IyR_118_1

falsum hz appenditium in arte geometrie: sicut ꝙ querit geometra si nō linee eque distantes cum extrahuntur cōtingunt: qm̄ hec q̄stio ex parte qua est erronea est nō geometrica: ⁊ ex parte qua est ex rebus per se geometricis: qd̄ est: qꝛ eque distantia est ex rebus per se lineis: sed in quo quidez dicitur ꝙ est nō geometricum. s. qꝛ iam priuatur res proportionate geometrie: est quidem ex arte alia: sicut ꝙ querit geometra de questione musica.

¶ Capitulum. xxix.

A In doctrinis autem similiter aut non est paralogismus quod medium sit semper dupliciter: ⁊ de hoc enim omni ⁊ hoc iterum de alio dicitur omni. Quod autem predicatur non dicitur omne: hec autem sunt vt videre intellectu sed in rationibus latet: vtrum omnis circulus figura sit. a Si autem scribat manifestum est. Quid autem sunt carmina circul⁹: manifestum quoniam non esse.

a Alia litera. oīs ne circulus figura? Si āt scripserit clarū. q̄d aūt Carmina circul⁹? manifestūꝙ nō sunt.

Non opz aūt instantiā in ipsuz ferre si sit propositio inductiua: sicut em̄ neqꝫ propositio est que nō est in pluribus: nō enim ita erit in omnibus: aut ex vniuersalibus autem est syllogismus. Manifestū est ꝙ neqꝫ instantia est: eedē enim sunt propositiones ⁊ instantie. Quam enim fert instantiam: hec fiet vtiqꝫ propositio aut demonstratiua aut dialectica. Cōtingit autē quosdā nō syllogistice dicere propter id qd̄ accipiunt
T ad impossibile ducente: oportet autem scire que differẽtia sit ipsarum. Si igitur .a. in nullo .b. ineſt .c. autem omni .b. necesse est in nullo .c. esse .a. si quidem acceptis demõstratiua erit demonstratio: quoniam .a. in .c. nõ erit: que vero est impossibile sic se habet si opus est demonstrare q̃ .a. in .b. non sit accipiendum esse .a. in .b. ꝛ .b. in .c. quare accidit .a. in .c. esse: hoc autem sit notum ꝛ concessum q̃ impossibile est esse. Non igitur potest .a. b. ineſse: si igitur .b. c. ineſse confessum est .a. b. ineſse impossibile. termini quidem similiter ordinantur. Differt autem ꝛ qualis vtra sit notior priuatiua propositio: vtrum igitur que est .a. b. non ineſt: aut qõ .a. in .c. non ineſt: igitur conclusio notior: quoniam non est que ad impossibile fit demonstratio. Cum autem in syllogismo demõstratiua est: natura autem prior est que est qõ .a. in .b. sit q̃ .a. in .c. priora enim ꝛ nota natura conclusione sunt ex quibus est conclusio. Est autem que est .a. quidem in .c. non esse conclusio .a. autem in .b. ex quo est conclusio: non enim si contingit moueri aliquid hec cõclusio est. illa autem sunt ex quibus: sed hoc quidem ex quo syllogismus est quod vtiq̃ sic se habet. Quo vt totum ad partem: aut pars ad totum se habeat: sed que sunt .a. c. ꝛ .a. b. propositiones non sic se habẽt adinuicem. Si igitur ex notioribus sit ꝛ credibilioribus dignior est. Sũt autem vtreq̃ ex non esse credibiles quidem: sed hoc quidem ex priori: illa autem ex posteriori potior simpliciter vtiq̃ erit ea que est. ad impossibile priuatiua demonstratio: quare ꝛ hac dignior predicatiua clarum est qõ ꝛ ea que est ad impossibile potior est.

¶Capitulum.xlj.



T quia iam ostensum est q̃ demonstratio affirmatiua recta est nobilior demonstratione negatiua recta. ergo est ex manifesto quod quando ostensum est: quod demõstratio recta negatiua est nobilior demonstratione ducente ad impossibile affirmatiuam: quoniam ostensum est quod demonstratio recta vniuersalis est nobilior q̃ ducentes ad impossibile, ponamus ergo primo quod syllogismus rectus negatiuus: cuius forma est hec forma: ꝛ est quod sit .a. Uerbi gratia. non inuentum alicui ex .b. ꝛ .b. inuentum omni .g. et sequitur ex illo vt sit .g. non inuentum alicui ex .g. Cum ergo voluerimus ostendere hanc conclusionem per syllogismum contrarij: nos tunc indigemus vt accipiamus contradictorium conclusionis: aut eius contrarium: et est quod .a. est inuentum omni .g. ꝛ addamus ei propositionem negatiuam vt cum dubitatio ꝛc. Uerbi gratia. quod .b. cum inuentum omni .g. ponamus ergo quod concludatur nobis ex illis duabus impossibile: et istud est quod est inuentum cuidam .b. ergo est impossibile quod inueniatur .a. g. omni: ꝛ istud est non inuentum ei: ergo termini in omnibus demonstrationibus est vni. sed differentia inter vtraq̃ est: quod negatiua maior vniuersalis cum est apud nos notior conclusione cum ponimus syllogismum certum

UVA. BHSC. IyR_118_1

sicut si sit apud dictũ nostrũ. a. in nullo ex. g. ⁊ cũ est quidẽ negatiua ꝯclusa est apud te notior q̃ maior negatiua: ⁊ nos q̃dẽ cõponem⁹ syll'm ſm viã ꝯtrarij: et hoc vt ponam⁹ ꝯtradictoriã illi⁹ ⁊ adiũgam⁹ ei verã: ⁊ sequit ex illo falsum ostẽdẽtes falsum. ergo syll's ꝯtrarij nõ est pol'is donec sit ꝯcl'o notior apd nos q̃ propõ maior que ꝯcludit eã per naturã. s. ꝯcl'ones cõprehendẽtes ꝯcl'onem. et cũ est hoc ita. ergo syll's rectus ꝯcludit ignotum natura ex notiori natura. Et syll's ꝯtrarij ꝯcludit ex notiori apud nos: nõ ex notiori apud natura: ⁊ qd cõuenit ex notiori per naturã est nobilius. et etiã qm̃ ꝯcl'o quedã est per naturam: ⁊ primo ex duab⁹ ꝓpõnib⁹ ꝓportio: quarũ vni⁹ ad aliã est sicut ꝓportio totius ad partem: sicut ostensum est in libro syllogismi: ⁊ illud est syll's rect⁹: et syllogismus ꝯtrarij nõ est dispõ propõnũ: hec dispositio cũ sit cõpositiua ex predicatiuo ⁊ cõditionali: sicut ostẽsum fuit. ergo syll's rectus est que est ꝑ naturã preter viã naturalẽ: ⁊ syllogismus quidem ducẽs ad impossibile. minus quidem agitur cogitatione per naturã: sed fit quidẽ in arte. ergo demonstratio que est cõpositione naturali ⁊ propositionib⁹ notiorib⁹ natura q̃ cõclusio est nobilior: ⁊ est demõstratio affirmatiua recta nobilior q̃ negatiua recta. ergo illa est nobilior q̃ contrarij absolute ⁊c.

¶ Capitulum. xlij. A

Scientia aũt certior scia est ⁊ prior q̃cũq; ipsius: qr ⁊ propter q̃d eadẽ est. sz nõ seorsum q̃ est: qr ea q̃ est ꝓpter q̃d et q̃ nõ est de subiecto ea q̃ est de subiecto vt arithmetica armonica. ⁊ q̃ est ex minorib⁹ ea que est ex positione vt geometria arithmetica. Dico aũt ex positione vt vnitas substãtia ẽ sine põne: pũctũ aũt substãtia posita hoc ex appõne.

¶ Capitulum. xlij.

Inquit. Et scientiarum quedam est nobilior quadaz alia in capitulo inductionis sciẽtie ⁊ certitudinis in re: donec sit scientia magis certa q̃ scientia propter causas: quarum vna est qua scientia ostenditur inuentio rei per suam causaz esse minor q̃ scientia qua ostenditur inuentio rei per rem posteriorem ab eo. ⁊ secunda est ꝙ scientia cuius subiectũ est fortius q̃ materia est certior in sciẽtia: cũ sit materia ipsa causa quedã in accñti faciens errare in sciẽtijs. ⁊ ꝓpter ea hec est sciẽtia numeri firmior q̃ demõstrationes sciẽtie melodiarũ: ⁊ tertia est: ꝙ sciẽtia cuius ꝑncipia subiectorũ sunt simpliciora: eius demõstrationes sunt firmiores q̃ sciẽtie cui⁹ subiectorũ ꝑncipia sunt cõposita ex illo modo simpliciori ⁊ intẽtione addita ei. U. g. in dispotiõe sciẽtie numeri cũ sciẽtia geometrie: qm̃ principiũ numeri est vnitas: ⁊ principiũ magnitudinũ est punctum: ⁊ vnitas est res indiuisibilis nõ habẽs potentiã: ⁊ punctũ est res indiuisibilis habens potentiam: sic punctum in simplicitate est minus q̃ vnitas. B

¶ Capitulum. xliij.

Vna aũt scia est q̃ vni⁹ gñis q̃cũq; ex ꝑmis cõponunt: ⁊ partes sunt passiões ꝑ se: altera aũt scia est ab altera quorũcũq; ꝑncipia neq; ex eisdẽ neq; altere ex alteris sũt. Hmõi ãt signũ ẽ cũ idemõstrabilia veniãt: opz em̃ ipa in eodẽ genere esse his q̃ demonstrant: signũ aũt est: ⁊ modi cũ ea q̃ demonstrãtur per ipsa in eodem gñe sunt ⁊ proxima. Plures autem demonstrationes esse eiusdem possibile est: ⁊ nõ solũ ex eodẽ ordine accipienti non A

UVA. BHSC. IyR_118_1

continuum medium: vt eorū que sunt. a. b. id quod est. c. z. d. z. z. sed ex altero vt sit. a. transmutari: in quo autem. d. moueri sed. b. letari z iterum in quietem tendere: verum igitur est. z. d. de. b. z. a. de. b. predicari. letans enim mouetur: z quod mouet transmutatur: iteruz z. a. de g. z. g. de. b. verū est predicari. Omnis enim letans quiescit z quiescēs transmutatur: quare per altera media z non ex eodem ordine syllogismus est: non tamen vt neutrum de neutro dici contingit mediorum. necesse est enim eidez alicui vtraq; inesse. Considerare aūt est per alias figuras quot modis contingit eiusdem fieri syllogismum: eius autez quod est a fortuna non est scientia per demonstrationem. neq; enim sicut necessariuz est: neq; vt in pluribus quod est a fortuna: sed quod extra hoc sit: sed demonstratio alterius horum est. Omnis enim syllogismus est aut per necessarias aut per eas que sunt tanq; frequenter propositiones. z siquidem propositiones necessarie sunt: z conclusio necessaria est. Si vero sint sic frequenter: z conclusio huiusmodi est: quare si id quod est a fortuna: neq; est sicut frequenter: neq; necessarium: neq; vtiq; ipsius erit demonstratio.



B

¶ Capitulum. xliij.

C

Hquit. Et scientie diuerse sunt quaruz pncipia prima, sunt diuersa: z subiecta ipsaz, diuersa: ex quo cū soluerit pncipia acta in scia qualibet in pncipia prima nō demonstrata in alia scia inuenies ea diuersa tñ fieri pncipia prima in omni demōstratiōe opportuna: vt si pprietas nature subiecte illi scientie eadē: pptерea q demōstrationis propositiones opz vt sint per se pportionate sicut precessit. Dixit. iāq; est possibile vt demōstretur quelibet vnū z idē in arte vna z eadē per demonstratiōes multas. i. per terminos medios diuersos: z nō concludit per hoc vt sint termini medij: intrantes quidē sub quibusdā: sed preter q sint quidā eoruz intrātes sub quibusdā fieri si demōstret q oē accipiens delectationē est motū p medium moti: z p medium recipientis quietē. z cōponit syllogismus vnus ita: oē recipiēs delectationē est motabile: z oē motabile est trāsmutabile ergo oē recipiēs est trāsmutabile. z cōponit demōstratio scōa sic: oē recipiēs delectationē z recipiēs quietē: z oē recipiēs trāsmutationē: eritq; trāsmutatio q est res vna z eadē: iā ostensa rei vni in arte vna per terminos medios: quoruz vnus est intrans sub alio: z cum est quidem vnus terminoruz mediorum predicatum de alio: tunc quidem ostensum est q erunt ex eis due demonstratiōes super rem vnam cum sint vel inuente sub termino vno, sicut si ostendamus q homo est intelligibilis per medium quod est animal: z per medium quod est rationale. dixit. z res que renouantur per accidens z pm minus nō erit de eis demonstratio cum sit id quod renouat per accidens nō ex rebus que inueniuntur necessario: neq; ex rebus que inueniuntur pm plus. z demonstratio quidez

D

UVA. BHSC. IyR_118_1

est in his duabus naturis. scilicet necessario ꝛ posse fm plus cum sit omnis demonstratio: aut vt sint propositiones necessario sicut precessit: aut carentes ifz plus: ꝛ conclusio sequens ex propositionibus necessarijs erit natura necessaria ꝛ sequens ex propositionibus que sunt fm plus est fm plus.

Necꝫ per sensum est scire. Si enim ꝛ est sensus talis ꝛ non huius aliculus. sed sentire necesse est hoc aliquid ꝛ vbi ꝛ nunc. Vniuersale autez ꝛ in omnibus Impossibile est sentire: non enim est hic necꝫ nunc: non enim vtiꝫ esset vniuersale: quod enim semper est ꝛ vbiꝫ est / vniuersale esse dicimus. Quoniam igitur demonstrationes vniuersales sunt. Hec autem non est sentire: manifestum est ꝙ necꝫ scire per sensum est: sed manifestum est ꝛ quoniam si esset sentire triangulum duobus rectis equales habere angulos: queremus vtiꝫ demonstrationem ꝛ non sicut quidam fatentur sciremus. Sentire enim quidem necesse est singulariter: scientia autem est in cognoscendo vniuersale. Unde ꝛ si supra lunam essemus videremus obiectam terram: non vtiꝫ sciremus causam defectus. Sentiremus enim quoniam deficeret: sed non propter quid omnino: non enim esset vniuersalis sensus: verũtamen ex consideratione hoc plerumꝫ contingens vniuersale vtiꝫ venati demonstrationem haberemus: ex singularibus enim pluribus vniuersale manifestum est. Uniuersale autem honorabilius est quintã ostẽdit causam: quare de huiusmodi vniuersalis honorabilior est sensib' ꝛ cognitione quorunciꝫ altera causa est: sed de primis alia ratio est. Manifestum est igitur ꝙ impossibile sit sentiendo scire aliquid demõstrabilium: nisi iam aliquis sentire hoc dicat scientiam habere per demonstrationem. Sunt tamen quedam reducta ad sensus defectum in propositis: quedam enim si videremus non vtiꝫ quereremus: nõ tanꝫ scientes in videndo: sed tanꝫ habentes vniuersale ex eo ꝙ videamus vt si vitrum perforatum videremus ꝛ lumen pertransiens: manifestum vtiꝫ esset ꝛ propter quid comburit. quocirca videre quidem separatim vnoquoꝫ. intelligere autem simul est: quoniam in omnibus sic est.

Aliquit. Et necꝫ est via ad proueniendum ad scientiam per demonstrationem ex sensu: ꝛ illud est: qꝛ sensus quidem consequitur singularia determinata inuenta in tẽpore loco scientia demonstrationis: erit quidem de re vniuersali ꝛ per rem vniuersalem. Et res vniuersalis est in omni singulari ꝛ in omni tempore: ꝛ loco huius si sensus vnus. U. g. ꝛ hoc triangulo ꝙ eius trianguli sint equales duobus rectis positꝫ sunt huiusmodi sensus faciẽtes nos adipisci quanguli cuiuslibet trtanguli particularis sunt tales. ꝛ scientia est de triangulo vniuersali: ꝛ propter hanc eandem causam si accidat: ꝙ simus supra locum lune donec testificatur eclypsis per essentiam terre inter ipsam ꝛ solem positꝫ prouenit nobis ex hac testificatione cause scientia in eclypsi: ꝛ illud est ꝙ scientia per causam quidem prouenit ex parte rei vniuersalis: ꝛ eo sensus non sequitur vniuersale: ꝛ est: quia omnis eclypsis lunaris causa est essentia terre inter ipsam ꝛ solem: sed sensus quꝰ

UVA. BHSC. IyR_118_1

nis tunc percipiat rem vniuersalem: quoniam vniuersalem consequitur intellectum propter intentionem singularis apud sensum multis vicibus donec cõgregetur ex illa certatione res vniuersalis in anima. & ostendemus q̃ vniuersale est nobilissimum: propterea q̃ ipsum est causa propinqua in casu scientie nobis: & ipsum etiam est nobilius q̃s formationes singularium. scilicet elongatoruz a causis: sed non est omnis formatio nuda a causa magis diminuta: nisi in eo cui est causa. sed prima quidem que non habent causas similes contrarium huiusmodi. ¶ Jam ergo ostensum est ex hoc: quoniam non est intentio quam sequitur quis per sensum: & intentio quam sequitur quis per demõstrationem intentio vna. scilicet deus nisi diligat homo nominare scientiaz per demonstrationem syllogismum: sed postq̃ est principium rei vniuersalis accidit nobis vt ignoremus res multas propter aliquid ipsarum: & si sentiremus eas essent scite apud nos per scientiam primam. & non indigemus vt constituamus super eas demonstrationez quomodo diuersemur in eis. v. g. quia si essemus sentientes q̃ in vitro pori per quos exirent radij: iam crederemus q̃ illuminatio esset. sed hunc modum sicut cogitant quidam quod nõ ex alijs sensibus supra naturam vniuersalem in illo: & propter hoc illud diximus q̃ qui perdit sensum quẽdam perdit: iam perdit ergo quoddam scientie.



Adem sic principia esse omnium syllogismorum impossibile est. primum quidem logice speculantibus. Hi quidem enim veri sunt syllogismi: alij autem falsi. Est enim verum ex falsis syllogizare. Sed semel hoc factum: vt si a. de. c. verum sit: medium autem. b. falsum. Neq̃ enim a. in. b. est: neq̃ b. in. c. sed si harum media accipiantur propositionum false erunt: ex eo q̃ omnis conclusio falsa ex falsis est vera autem ex veris. altera autem sunt vera & falsa postea neq̃ falsa ex eisdem sub ipsis sunt. Est enim falsa inuicem & contraria & impossibilia simul esse: vt iustitiam esse iniustitiam aut timorem: & hominez equum aut bouem: aut equale maius & minus. ex oppositis autez sic est: neq̃ enim verorum eadem principia omnium sunt. Alia enim multorum genere principia sunt neq̃ conueniunt vt vnitates punctis nõ conueniunt. hec quidem non habent positionem: illa autem habent. Necesse autem est aut in media cõuenire aut ad sursum aut deorsum aut hos interius habere: illos autem exterius terminorum. Sed neq̃ cõmunium principiorum possunt esse aliqua ex quibus omnia demonstrabuntur. Dico autem communia vt omne affirmare aut negare. genera enim eorum que sunt altera sunt: & alia quidem in quantitatibus. alia vero in qualitatibus sant solis cum quibus demonstrãtur per communia. Amplius principia non multo minora sunt cõclusionibus. principia quedam enim propositiones sunt. propositiones autem aut assumpti termini aut immissi sunt. Adhuc conclusiões infinite sunt: terminj autem finiti. Amplius principia hec quidem ex necessitate. illa vero contingentia. sic igitur in intentione his habitis impossibile est eadez esse principia simpliciter: aut finita cũ infinite sunt conclusiones. Si vero aliter quodammodo dicat aliquis quod hec quidem geometrice. alia vero ratiocinationum. alia autem medicine

UVA. BHSC. IyR_118_1

quid vtiq; erit aliud quod dicitur nisi q; sunt principia scientiarū: sed eadem dicere ridiculum est: quoniam eadem eisdem eadem essent. Omnia enim sic hec ipsis fiunt eadem. At vero neq; q; est ex omnibus demonstrare quodlibet horum est: nam hoc querere omniū esse eadem principia. multum enim insipiens est: neq; enim in manifestis doctrinis hoc fit neq; in resolutione possibile est: immediate enī propositiones principia sunt. altera autem conclusio accepta sit propositione immediata. Si autez dicit aliquas primas immediatas propositiones esse principia vnum in vnoquoq; genere est. Si vero neq; ex omnibus vt opus est demonstrari quodlibet: neq; sic altera vt sint vniuscuiusq; scientie altera. Relinquitur igitur si proxima sunt principia omnium: sed ex his quidem hoc: ex illis autem illa. Manifestū autem hoc est: quoniam non contingit: monstratur enim q; altera p̄n cipia genere sunt differentium genere. principia enim duplicia sunt ꝛ ex quibus ꝛ circa quid. ex quibus quidez igitur communia sunt: que autem sunt circa quid propria sunt: vt numerus magnitudo.

Arit. ꝛ non est possibile vt sint propositiones modorum syllogismorum propositiones vne ꝛ eedem. primo quidē cuz posuimus speculationem nostram in illo secundum viam topice ꝛ rem communem. Et secundo: quia componimus rem speculationē nostram speculationem propriam. secundum viam quidem topice est manifestum q; omnis syllogismus. a. siue concludit conclusionem veram siue falsam: ꝛ q; conclusio vera quidem esset per se ex propositionibus veris: falsa ex propositionibus falsis. ꝛ quoniam est omnis syllogismus habens omnes propositiones: aut veras aut falsas. est ergo manifestum q; non est possibile q; sint propositiones vere ipse eedem false: ergo nō omnes syllogismi sunt ꝓpositiones vne. Jamq; ostensum est q; syllogismi quorum sunt false non est possibile vt sint propositiones eius vne cum sint conclusiones false quandoq; iam contradictoria nō est possibile: vt cōcludatur nisi ex propositionibus de cōtrarijs: ꝛ nō est possibile vt inueniant cōtraria vni rei: ꝛ est impossibile vt inueniatur syllogismus vnus ꝛ idē cōcludens q; homo est equus: ꝛ homo est taurus: aut cōcludēs q; equale est minus ꝛ magis: qm est possibile neutro vt diuersificetur syllogismus cōcludēs hmōi propositiones. ꝛ cum diuersificant syllogismi: ergo ꝛ eorū principia sunt diuersa. Jāq; ostēsuz est q; principia syllogismorū verorū nō sunt vnū ꝛ idē ex rebus per se ſm hunc modū. aliud est: q; principia inuēta reb⁹ diuersis per naturam que nō sunt posita: quedā sunt quibusdam: iam opz necessario vt sint ipsa etiā diuersa: ꝛ exemplum illius est q; veritas ex quo est diuersa per naturam a punctis: cum sint vnitates non habentes positionem: ꝛ punctum positionem habens: tunc iā oportet necessario vt sint demonstrationes necessario super vno horum generum diuerse a demonstrationibus que stant super genus aliud. et illud est: quoniam si accidit non euadat quin accusatur: vt sit que est ex ipsis in scientia vna ꝛ eadem vt ponam in scientia secunda: aut terminus inter duas extremitates: aut subiectum rei: aut predicatum differentie que est in alia scientia: alia. scilicet aut extremitas maior aut minor. et illud aut per hoc vt conueniat potentia eius in duabus scientijs vt diuersificentur: ita vt sit vna ipsarum terminus medius: et in alia extremitas maior: aut econuerso. et illud erit manifestum, quod punctus non erit terminus medius in syllogismo vniuersali: nec extremitas ma-

UVA. BHSC. IyR_118_1

ior nec minor: non ꝑm modum ꝯuenientie: nec ꝑm modum diuersitatis: ita vt sit terminus in eadē instantia numeri: ⁊ geometrie simul: aut sit terminus minor in vna ipsarum et medius in alia: sed appropriatur vni syllogismorū tātum. Et hoc ipsum qđ opz in propositionibus proprijs opz in propositionib⁹ cōmunibus. s. vt sint quodāmodo diuerse propter duas res: quarum vna est ꝙ propositiones cōmunes quidem agunt in scientia qualibet cōnexa propositionibus proprijs illi scientie. U. g. ꝙ propositio dicens ꝙ res equales i re specifice sunt equales: est vera ad hoc ꝙ hic numerus coequatur huic numero: et geometra ad hoc ꝙ linea est equalis huic linee. ⁊ res scđa est ꝙ vtrūq; ipsoruz inclinaret appropinquat eam subiecto suo. et arithmeticus cum. d. ꝙ numeri equales vni numero sunt equales: ⁊ geometra. d. ꝙ linee equales vni linee sūt equales. ⁊ hec dispositio in reliquis dispositionibus communibus: hoc est ergo vnum quo apparet ꝙ propositiones que sunt in scientijs diuersis oportet vt sint diuerse. iam apparet illud etiaz ex hoc ꝙ propositiones oportet vt sint propositiones nunc q̄ conclusiones: quia ipse quidem addunt super eas vno termino qui est terminus medius: ⁊ illud est positū: aut inter extremitates: aut foris ab eis: ⁊ cum conclusiones propositionis possibile vt sint infinite: iā opz
M vt sint propositiones infinite: ⁊ si essent propositiones scientiarum vne ⁊ eedē oportet vt essent comprehense numero finite: qm̄ res in q̄bus cōicāt res multe te oportet vt sint hmōi dispositionis. s. comprehense numero sicut ipsa sunt elementa principiorum: sicut est dispositio videns ꝙ affirmatio et negatio diuidunt verum a falso in omnibus rebus: ⁊ modus secundus est principia ꝓpria et sunt in quibus cōmunicant plus vna artes: et in principijs cōmunibus Aristo. d. ꝙ ex ipsis est demonstratio in quali arte cum ipsa eadem non cooperientur in qualibet arte: sed cooperiatur vis ipsarum. et in principijs proprijs dicit ꝙ in ipsis eisdem est demonstratio cum sint ipsa per artes ipsarum demonstrationum ⁊c.

¶ Capitulum. xliiij.

A Scibile aūt ⁊ scīa differt ab opinabili ⁊ opinione: qm̄ scīa vniuersalis et per necessaria est. Necessarium autē non cōtingit aliter se habere. Sunt autem quedam vera. vera quidem et essentia: cōtingētia tñ aliter se habere. manifestū igitur est ꝙ circa hoc scīa nō est. esset enim vtiq; impossibile alr̄ se habere possibilia alr̄ se habere: at vero neq; intelle
B ctus. Dico enim intellectū principiū scīe: neq; scīa est indemōstrabilis. hec aūt opinio est immediate propōnis. verus est autē intellect⁹ et scīa et opinio: ⁊ qđ ꝑ hec đr: quare relinquitur opinionē esse circa verum existens aut falsum. Sed continens est ⁊ aliter se habere: hec autem est acceptio immediate propositionis ⁊ nō est necessarie: certum autem est sic apparentibus: qñ enim opinio est incertum est et natura hmōi est. Ad hec autē nullus existimat opinari: cum opinet impossibile aliter se habere ad scire. Sed esse quidē sic: verūtamen ⁊ aliter nihil ꝓhibet tunc opinari tanq̄ huiusmodi quidē opinionem existentem: necessarij autē sciētiam. Quum igitur est idē opinari scire: ⁊ quare nō erit opinio scīa: si quis posuerit omne qđ nouit cōtingere opinari: cōsequetur hic quidē sciēs. ille vero opinās per media quousq; ad immediata veniat. Quare siquidem ille sciuit ⁊ opinās

UVA. BHSC. IyR_118_1

sciuit: sicut enim ⁊ qꝛ opinabilis est: ⁊ ꝓpter quid: hoc autem mediũ est: aut quidẽ sic arbitrabitur non ꝯtingẽtia aliter se habere sicut habent diffinitiones per quas sunt demonstrationes non opinabitur: sed sciet. Si autem vera quidẽ esse non tamen hec ipsis inesse ꝟm substantiam et ꝟm speciem opinabitur et non sciet vere: ⁊ quia ⁊ ꝓpter quid siquidem per immediata opinabitur: si vero non per immediata solum ipsum. quia opinabitur: eiusdem autem opinio ⁊ sciẽtia non penitus est: sed sicut falsa et vera eiusdem quodammodo est sic et scientia et opinio eiusdem: et opinionem veram ⁊ falsam: sicut dicunt quidam eiusdem esse inconueniens accidit tolli aliaqꝫ ⁊ non opinari qđ opinatur falso.

¶ Capitulum. xliiij.

Dixit. ⁊ scia diuersificat a putatione vera: propterea quia sciẽtia est in re nobis necessaria et per terminos medios necessarios: et necessaria est res que est ꝟm dispositionem quãcunqꝫ: et est impossibile vt diuersificetur illa dispositio. sed putatio vera est quidem primo per se rebus pluribus: ⁊ illud est: quoniã ex quo sunt hec res vere et inuente preter qđ sit possibile vt sit ꝟm diuersitatem eius: qđ est: ergo manifestum est ꝙ est possibile vt sit in hoc scientia: quoniam est vt vera in re inuenta: quoniam non est possibile vt sit in eo necessario eius super quo est: et si essent in hoc scientia esset res que est possibilis vt sit ꝟm contrariũ eius quo est impossibilis vt sit in diuersitate que est ⁊ quando est hoc ita: ⁊ sũt res in quibus verificatur intellectus et scientia ⁊ putatio. Et putatio quedam est vera: et quedam falsa: et est falsa in hac natura in qua non est possibile vt nobis proueniat ex intellectu vbiqꝫ ꝙ cõsequitur propositiones proprias necessarias: et non propter scientiam cui sit subiectum vtrũqꝫ inuẽtum necessarium: et est non possibile vt proueniat nobis enunciatio vera ex putatione falsa: iam ergo remansit vt sit enunciatio super istas inuenta ipsa putatio vera. s. ꝙ sint inuenta in actu: ⁊ est possibile vt inueniatur ꝟm contrarium eius qđ ẽ in eis. et hec est credulitas terminorum mediorum in hac dispositione et conclusione cõsequente ex illis in hac dispositione. s. non necessaria. Et diffinitio putationis est consequens huic nature et illa: quia putatio ꝙ sit id qđ creditur in re quod est ita: aut non est cum eo quod creditur in ipso qđ est possibile vt sit in conclusione illius. ⁊ illud est: quia hoc non est possibile vt creditur in eo qđ creditur ꝙ non sit possibile: vt econtrario ꝟm diuersitatem eius qđ est. ꝙ hec credulitas sit putatio: sed scientia: iamqꝫ oportet vt sint res que sunt in inuentione sua cum hac dispositione. s. res possibiles vt sint subiecta putationis primo et per se: nisi quia nos inuenimus etiam: quoniam cadit nobis putatio vera in rebus necessarijs: ⁊ ideo est dicenti: vt dicat ꝙ opinio putatio et scientia sint idem cum sit consecutum vnum: ⁊ illud est: quia omne cum cadit in eo homini alicui scientia iam est possibile vt cadat in eo alij putatio: ⁊ equaliter est si sit illud scia cadens nota per se: aut per medium: ⁊ equaliter si sit ꝓueniens per mediũ ex capitulo quare est res: aut ex capitulo que est res. ¶ Dicamus ergo ꝙ si est credulitas credẽtibus in rebus necessarijs in essentia ꝟm hanc dispositionem: ⁊ est vt credatur in eis ꝙ sint inuente: ⁊ qđ non est possibile vt sint ꝟm diuersitatem eius qđ sint: tũc illa credulitas est scientia in illa re: et non putatio: et illud erit quando scitur cum hoc ꝙ ille res inuente sunt vere ꝙ sint per se et substantiales. Sed cum creditur in illis rebus necessarijs ꝙ sunt vere tantum: ⁊ illud est quando non scitur ex rebus ipsarum ꝙ ipse sint

UVA. BHSC. IyR_118_1

per se et necessarie: ⁊ qđ quid apud ipsum in eis est putatio vera: et equale est vt si sit inuentio nota hoc modo nota per medium aut sine medio cũ est subiectum putationis et sciẽtie. vt iam sint in re vna vt sint res vna: qm̃ putatio vera et falsa iam sunt in re vna: et vna erũ est diuersa ab alia in quiditate.

E Quoniã autẽ idem multipliciter đr: est sicut ɔtingit: est autez sicut nõ. cõmensurabilem enim esse diametrum vere opinari inconueniẽs. sz ꝙ diametros circa quam sunt opiniones idem sic eiusdẽ est: sz ꝙ erat esse vnicuiqꝫ ꝟm rationem non idem est. Silr aũt ⁊ scia ⁊ opinio eiusdẽ est. hec q̇dem enim sic aĩalis est ꝙ non est ɔtingere si non esse aĩal sz illã quãcũqꝫ est ɔtingere: vt si hec quidẽ ꝙ hoĩs est: illa ꝟo hoĩs q̇dẽ: non aũt qđ hoĩs. Idẽ eniz est qꝛ homo: sicut aũt non idem: manifestuz autem ex his est ꝙ neqꝫ opinari simul idem ⁊ scire contingit. Simul enim vtiqꝫ haberet opinionem aliter habẽdi et non aliter idem qđ vere non ɔtingit. In aliquo enim vnũquodqꝫ esse contingit eiusdem: sicut dictum est: sed in eo qđ est sic neqꝫ sic potest esse. haberet enim opinionem simul vt ꝙ homo esset ꝙ est animal. hoc enim erat non contingẽs esse non aĩal et non ꝙ aĩal. Reliqua autem quõ opz distribuere in rõnem: ⁊ intellectũ: ⁊ sciẽtiã: ⁊ artẽ: ⁊ prudentiã ⁊ sapiẽtiã hoc qđ q̇dẽ physice: illa vero ethice speculatiõis magis sunt. Solertia aũt est subtilitas quedam in non perspecto tempore medij: vt si aliquis vidẽs ꝙ luna splẽ
F dorem semper habet a sole luna statim ĩtellexit propter quid hoc sit: quia propter id qđ illustratur a sole. Aut disputãtem cum diuite cognouit. quoniam mutuatus est. aut propter quid amici sunt: qꝛ inimici eiusdem sunt. Omnes enim causas medias videns cognouit ⁊ vltimas. Splendidum esse ad solem sit in quo. a. lucere a sole. b. luna. c. inest quidem lune. c. ipsi. b. qđ est lucere a sole: ipsi autem. b. a. quod est hoc esse splendidum ad hoc a quo splendet. quare et ipsi. c. a. per. b.

G Et sic est dispositio in scientia et putatione vera: quoniam vna ⁊ eadem dicitur multis respectibus: et putatio vera et scia sunt vna per vnam intentionem ex intentionibus de quibus dicitur nomen vnum in subiecto: et non sunt vnum per intentionem aliam: et illud est quoniam vtraqꝫ iam sunt vnum in subiecto non in causalitate: quẽadmodum putatio vera et falsa iam sunt vnum in subiecto: et nõ sunt vnum in respectu credulitatis. Et exemplum illius est: quoniam qui credit qđ diameter est commensurabilis coste iam putet putationem falsam. et qui dicit ꝙ ipse est incominatus coste propter res possibiles iam credit putationem veram: et qui credit ꝙ ipse est incõmunicatus ex reb⁹ necessarijs iam credit sciẽtiam certam: et quãdo est sciẽtia ⁊ putatio cõiũcta: tũc quidem possibile vt sint vnum ex parte subiecti nõ credulitatis: tũc est manifestum ꝙ nõ est possibile vt sit homini vni in re vna putatio et sciẽtia simul: qđ est possibile vt sint homini vni in re vna ꝙ ipsa non est possibilis vt sit ediuerso eius qđ est credulitas qđ possibile est vt sit ediuerso ꝙ eius: qđ est qñ illud est qđ est impossibile: sed qđ sit illud qđ duobus hominibus in re vna est possibile. s. ꝙ sit vni eorũ in ea
H putatio vera ⁊ alij sciẽtia. Jam ergo: ostensa fuit ex hac differentia inter scien-

UVA. BHSC. IyR_118_1

tiam et putationem: ꝛ speculatio quidem in reliquis vni anime rationalis q̄ sunt mēs et intellectus et scientia et ars ꝛ anima aduertentia ꝛ sapiētia: quia in quibusdam cōsiderat naturalis: et in quibusdam practicus. ¶ Et est alle q̄ no scitur moralis: ꝛ est subtilitas quidem et bonitas sensuum putabilis est casus super terminum medium. i. cui est expergefactio in tēpore modico. U. g. q̄n si vrderet homo q̄d q̄ sequitur solem ex luna est luminosum superaduertit cito causam in illuminatione ipsius: et est q̄ ipsa illuminatur a sole: et similiter si videt homo hominem loquentem homini: quorum vnus est diues et alter pauper: estimat q̄ ipse loquitur ei vt nunciet ab eo aliquid: ꝛ si sunt vtiq̄ odiētes vnum estimat q̄ ambo sunt amici.

¶ Finis primi posteriorum.

¶ Incipit Liber secūdus Posteriorum Analecticorum Aristo. quot queri solent in disciplinis.

¶ Capitulum primum.

A

Quesita autem sunt equalia numero his quecūq̄ scimus. querimus autē quatuor: q̄: propter quid. si est: q̄ est. ¶ Cū quidem enim vtrū hoc aut hoc sit querimus in numerū ponētes vt vtrū sol deficiat aut non ipsum q̄ querimus. Signū est hmōi. Inuenietes ei quia pausauimus: ꝛ si in principio scirem⁹: q̄ deficeret nō quererem⁹ vtrū. ¶ Cū autē sciam⁹ ipsum q̄ ipsum ꝓpter quid q̄rim⁹: vt sciētes: q̄ deficit: ꝛ q̄ mouet terra ꝓpt q̄d deficit: ꝛ ꝓpter quid terra mouet querim⁹: hoc quidē igit sic. ¶ Quedam autez alio modo querim⁹ vt si est aut nō est cētaurus: aut deus: hoc autem si est aut nō est simplr dico. Sed non si albū est aut nō: cognoscentes autē q̄ est q̄d est querim⁹: vt quid igitur est deus aut q̄d est homo. ¶ Que q̄dem igit querim⁹ ꝛ q̄ inuenientes scim⁹. hec ꝛ tot sunt. ¶ Que rimus autem cum queramus quia: aut si est simplr vtrum sit mediū ipsius aut non: cum aūt cognoscentes: aut q̄ est: aut si est: aut i parte: aut simplr: iterum ꝓpter q̄d q̄rim⁹ aut q̄d est (tunc querim⁹ q̄d sit mediū. Dico aūt q̄ aut si est in pte aut simplr: in pte q̄dē igit vtruz deficit luna aut augek: si. n. est aliq̄d aut nō est, aliq̄d in hmōi inquirimus. Simplr autē si est aut non est luna aut nox: contingit itaq̄ in oibus q̄nibus querere aut si est mediū aut q̄d est mediū: cā q̄dē ei mediū est. i oib⁹. n. hoc q̄rit vt vtrū deficit vtrū sit aliq̄ mediuz aut nō. post hoc sciētes q̄ est: q̄d igitur hoc sit querimus. ¶ Causa enim ipsius esse non hoc aut hoc: sed simplr substantiam aut nō simplr: sed aliquid horum, que sunt per se: aut secundum accidēs medium est. Dico autem simpliciter quidem subiectum vt lunam aut terrā: aut solem aut triangulum. Quid autem est deffectum equalitatem vel inequalitatem in medio fit aut non: in omnibus enim his manifestum est: q̄ idem sit q̄ quid est et propter quid est. Amplius q̄d est defectus: priuatio luminis a luna a terre obiectu ꝓpter quid est

UVA. BHSC. IyR_118_1

defectus: aut propter qd̄ deficit luna eo ꝙ deficit lumē opposita terra. quid est consonantia? ratio numeroꝝ in acuto ⁊ graui: propter q̄d consonat acutum graui? propter id qd̄ rationem habet numerorum acutum et graue vtrum sit in numeris ratio ipsorum: accipientes autem quia est quid igitur est ratio.

¶ Dictio scd̄a ex putatione libri demonstrationis. ¶ Cap. j.

C Dixit. Et rerū quesitarū est idē numerus rerū scitarū: qd̄ est qꝛ nos q̄dē scim⁹ in fine ipsi⁹ res q̄sitas ⁊ q̄sitorū numerus numeri est. 4. duo cōpositoꝝ ⁊ duo simpliciū: ⁊ primū ex cōpositis est qd̄ querit̄: vtrū hoc inueniat̄ illi: sicut si queratur vtrū sol eclypsat̄: aut non: ⁊ est quesitū compositum: ⁊ quesitum scd̄m est quesitū: quare est hec res inuēta huic: sicut si queram⁹ quare sol est eclypsatus. Et hoc quesitū scd̄m quare erit post primū: qꝛ querit̄ in subiecto: quare inuenit̄ ei hoc predicatū: postq̄ est ostēsum nobis inuentio illius predicati ei. ⁊ hec quesita duo sunt cōposita. Sed quesitoꝝ simplicium vnū est questio inuentionis rei absolute nō cū dispōne quadā q̄ est quesitum simplex: vt si queramus: vtrū vacuū sit inuētum aut nō inuētum. ⁊ questio secūda queritur post sciam huius quesiti in eo: ⁊ est questio quid est hec res cuius ostēsa est inuētio. in oib⁹ ergo quesitis que ipsa sunt ꝯclusiones certe sunt in genere. 4. iāq̄ significat̄ sup hoc ꝙ sunt note nobis ꝑ naturam: qꝛ nos cum stamus super eas quiescimus a questione: ⁊ qꝛ nos nō querim⁹ eas cum sint scite apud nos ꝑ seipsas ⁊ apparet: qm̄ cū querim⁹ vtrū predicatū hoc sit inuentū huic subiecto: ⁊ est quesitū vtrū cōpositū: qꝛ nos quidē querim⁹ inuentionē termini medij quo ostēdit̄ nobis ꝙ illud p̄dicatū iuenit̄ illi subiecto aut nō inuenit̄. ⁊ sil'r qn̄ querim⁹: vtrū res sit inuēta absolute: qꝛ nos quidē querimus inuentionē termini medij ꝙ certificat nobis inuētionē illius rei absolute ad eius negationē: ⁊ apparet ꝙ cū est apud nos certū ꝙ hec res est inuenta
D huic: aut qm̄ est inuētum absolute ꝑ nostrā inuētionē termini medij est ostensa nobis ꝑ illam illa intētio quā querim⁹: qꝛ siue est ille terminus medi⁹ cū ex causis inuētionis p̄dicat in subiecto: ⁊ illud in quesito cōposito: aut cū ex causis inuētionis rei absolute: ⁊ illud est in q̄sito simplici: qꝛ nos post illud querimus in quesito cōposito qn̄ est: ⁊ in simplici q̄dē est: ⁊ est manifestū ꝙ hec questio nō est aliud post qōnē scie termini medij q̄ est ⁊ hoc in duob⁹ subiectis simul. s. in q̄sito cōposito ⁊ in simplici. U. g. qꝛ nos cū querim⁹ vtrū luna eclypsetur aut nō: nos q̄dē querim⁹ terminū mediū quo sciat̄ inuētio eclypsis ei. Et cū est certa apud nos inuētio eclyptionis eius per inuentionē termini medij: et est terminus medius nō cā eclypsionis: querim⁹ post hoc quare eclypsatur: ⁊ illud nō est res plus q̄ questio scientia est quis est terminus per naturā qui est causa inuētionis eclypsatiōis: ⁊ ita est dispositio in quesito simplici: sicut si querimus vtrū aīal sit inuētum: qm̄ hec questio indicat questionē termini medij que ostendatur inuentio aīalis: ⁊ cum ostēsa erit eius inuētio: querim⁹ post illud eo quid est. ⁊ non est plus q̄ questio scientie quiditatis termini me
E dij quid est cum inuentione ipsius absolute. ergo oportet in omnib⁹ quesitis: vt ꝯsiderem⁹ in termino medio harū duarum considerationum. s. qd̄ est inuentum: et quid est: iamq̄ ostensum est ꝙ he due intentiones quesite in terminis medijs: quia cum apparet sensui terminus medius et sciuntur ipsius he due res. s. inuētio ipsius ⁊ quid est: ⁊ ꝙ est causa quia non querimus in illa re sciētiam penitus. U. g. quia si nos sentiremus causaꝫ eclypsis lune. s. quia ipsa cadit in pyramidem vmbre si queremus in ipsa vtrum sit eclypsata: neq̄ quare eclypsatur: ⁊ neq̄ volo ꝙ per sensum proueniat nobis vniuersale ex hoc: sed volo quidem cum ex sensu sumus venantes rem vniuersalē nō ex syllogismo

⁊ quesitū

UVA. BHSC. IyR_118_1

ꝛ quesitum quid est quare apparet ex re ipsius ꝙ vis ipsarum est vis quesiti vnius:ꝛ ꝙ scientia in vtriqꝫ est scientia in re vna in pluribus locis:ꝛ illud est quia cum nos querimus quid est eclypsis inuenta lune:dicitur ꝙ est privatio luminis prouenientis ei a sole:ꝛ propter consistentiam terre inter ipsam ꝛ inter solem. Et quando querimus quare eclypsatur dicitur:quoniam lumē eius absconditur.ꝛ constat terra inter ipsam ꝛ inter solem:ꝛ vis harum duarum responsionū est in intentione vna:ꝛ vtreqꝫ questiones indigent vt precedat eas scientia inuentionis:sicut dictum est. Jam ergo manifestum est ex hac dictione quesitorum quedam sunt simplicia:ꝛ quedam composita:ꝛ ostensum etiaꝫ ꝙ nos indigemus in omnibus quesitis:vt queramus in termino medio duo scz quod est inuentum ꝛ scientia quid est:apparet etiam ꝙ scientia quid est:et quare est iam sunt vni rei ꝛ eidem.

¶ Capitulum. ij.



Quod aūt medij sit questio ostenduntur quoꝝcunqꝫ medijs sensibile est. Querimus enim nō scientes vt defectū si est. Si vero essemus super lunaz nō vtiqꝫ quereremus si sit:neqꝫ ꝓpter quid:sed simul manifestū esset vtiqꝫ:ex eo enim ꝙ sentimus ꝛ vniuersale nobis factum esset scire:sensus quidē est ꝙ nunc obijcitur. Etenim manifestū est ꝙ nūc deficit:ex hoc aūt vniuersale vtiqꝫ factum est:sicut igitur diximus qō quid est scire idem est:ꝛ ꝓpter quid est. hoc autem simpliciter ꝛ nō eorum que insunt alicui est:aut que insunt:vt quoniam duo recti sunt: aut quoniam maius:aut quoniam minus est. Quod quidem igitur omnia que queruntur medij questio sit:manifestum est. A



Quomodo aūt quod quid est demōstretur:ꝛ quis modus introductionis:ꝛ quid est diffinitio:ꝛ quoꝝm dicamus dubitantes primum de ipsis. Principium autem sit futurorum:ꝙ est maxime propium cōtinuarum rationū. dubitabit eñ aliquis vtruz sit idem ꝛ ꝑm idem diffinitione scire ꝛ demōstratione scire aut impossibile. Diffinitio quidem eñ qō quid est scire videtur. Quod aūt quid est omne vniuersale ꝛ predicatiuum est. Syllogismi aūt sunt alij quidem priuatiui:alij autē nō vniuersales. sicut in scōa quidē figura priuatiui oēs sunt:in tertia vero nō vles. Postea neqꝫ eoꝝ que sunt in prima figura oium est diffō:vt ꝙ ois trīagulus duob⁹ rectis equales hz. Hui⁹ aūt rō est:qm scire demōstratiue est demōstrationē habere. Quare si in talib⁹ demōstratio est:manifestū est qō nō erit ipsoꝝ ꝛ diffō. Scit. n. vtiqꝫ aliqs ꝛ ꝑz diffinitionē nō hñs demōstrationē nihil ꝓhibet nō simul hre:sufficit autē fides ꝛ ex inductiōe. Nihil eñ aliqñ diffinientes cognouim⁹ neqꝫ eoꝝ que ꝑ se sunt:neqꝫ q̄ sunt ꝑz accñs. Ampli⁹ si diffō substātie q̄dā ē cognitio:huiusmodi manifestum est ꝙ nō sunt substantie. B



Quod q̄dē igit nō est diffō ois cui⁹ est ꝛ demōstratio manifestū est. Quid aūt cui⁹ est diffō ois nō est demōstratio aut non: vna q̄dē tā rō ꝛ de hoc eadē est. Unū. n. inquātū vnū vna ē scia:q̄re si scire demōrabile est demōrationē hre accidet qō dā C

UVA. BHSC. IyR_118_1

D impossibile diffinitionem enim habens sine demõstratiõe sciet. Amplius principia demõstrationum diffinitiones sunt: quarum nõ esse demõstrationes monstratum est prius: aut erunt principia demonstratiua ⁊ principiorum principia et hoc in infinitum abibit: aut primarum diffinitiones erunt indemonstrabiles. Sed vtrum si non omnis eiusdem: sed cuiusdam eiusdem sit diffinitio ⁊ demonstratio aut
E impossibile est. Non enim est demonstratio cuius est diffinitio: diffinito quidem ipsius quid est ⁊ substãtie est: sed demõstrationes vidẽtur omnes supponentes ⁊ accipientes quodquid est: ⁊ vt mathematice quid vnitas ⁊ quid impar: ⁊ alie similiter. Amplius omnis demonstratio aliquid de aliquo demonstrat: vt quia est aut nõ est. In diffinitione autem nil alterum de altero predicatur: vt neq; animal de bipede: neq; hoc de animali: neq; de plano figura: neq; enim planum est figura: neq; figura planum.

F Amplius alterum est quod quid est: ⁊ quia est demonstrare: diffinitio quidem igitur quodquid est ostendit. Sed demonstratio quia si est hoc de hoc. aut non. alterius autem altera demonstratio est nisi sit tanq̃ q̃dam pars totius. (Hoc autem dico quoniam ostensum est quod isocheles duobus rectis si omnis ostẽsus est triãgulus: pars enim est hoc: hoc autem totum) hec autem adinuicem non se habent sic: ⁊ quia est quid est. Non enim alterum est alterius pars. Manifestum itaq; est ꝙ neq; cuius est diffinitio huius omnis sit demonstratio: neq; cuius omnis sit demõstratio huius omnis sit diffinitio. Quare omnino eiusdem nullius contingit habere vtrũq; qꝛ manifestum igitur est qđ neq; cui diffinitio ⁊ demonstratio est. Et enim et subiecta vtiq; similiter se haberent. hec igitur hucusq; dubitata sint.

¶ Capitulum. ij.

G Et cũ iã sit dictũ in via in q̃ ꝓuenit̃ ad statũ sup inuẽtionem rei ꝑ demõstrationẽ: ⁊ sup cãm demõstratiõis inuẽtiõis ipsius. Et dicam⁹ ergo in via in q̃ ꝑparat̃ nobis stat⁹ sup q̃ditatez rei q̃ est diffõ: ⁊ in scia q̃d ẽ diffõ: ⁊ q̃b⁹ reb⁹ sũt diffõnes. ⁊ cũ hoc opꝫ vt inq̃ram⁹ de eo qđ creuit cursu ꝓpõnis ei in q̃volum⁹ loq̃ illud: ⁊ est si vidẽs oẽm rẽ scitã ꝑ demõstrationẽ ꝙ ipsa eadem scitur per diffinitionem donec sit scita ꝑ vtraq; simul ex parte vna. ⁊ sic si non sit oĩs res cũ hac dispõne: ⁊ vtrũ sit pole vt inueniat̃ aliq̃d scitũ ꝑ demõstrationem ⁊ diffinitionem simul ex parte vna aut nõ inueniat̃ cum hac dispositione ⁊ siquidẽ nõ est possibile vt sciat̃ oĩs res per demõstrationẽ ⁊ diffinitionem ex parte vna hoc est manifestum ex eo ꝙ nõ est omne super qđ est demõstratio hꝫ diffinitionẽ: neq; omne qđ hꝫ diffinitionẽ hꝫ demõstrationẽ: qm̃ ⁊ qꝛ nõ omne qđ hꝫ demonstrationem ⁊ ſm demõstrationes faciunt iam adipisci scientiam particularẽ: ⁊ illud in eo qđ cõponit̃ ex ipsis in figura tertia: ⁊ diffinitio ẽ vni
H uersalis. Et q̃dem ꝙ oẽ habẽs diffinitionẽ nõ hꝫ demõstrationẽ est manifestũ ex eo ꝙ principia demõstrationũ iam ostẽdũt ex diffinitione: ⁊ nõ ostendunt

UVA. BHSC. IyR_118_1

ex demõstratiõe: qm̃ si indigerẽt principia demõstratiõis demõstratiõe nõ eẽt
iuẽta demaꝛtio penit9 sicut p̃cessit: ita3 ostẽsũ ẽ ex hoc q nõ oẽ habẽs demon-
strationẽ hz diffonẽ: neq3 oẽ qõ hz diffonẽ hz demfationẽ. ergo nõ oẽ qõ pole
est vt sciaꝛ p dictionẽ scit p diffonẽ ex pte vna: fz qm̃ nõ est pole vt inueniatur
aliq̃d cũ hac dispõne. s.vt sciaꝛ p diffonẽ ꝛ demõstrationẽ ex parte vna: manife
stum ex modis: quoꝝ vn9: qm̃ ex manifesto p se est q id de cui9 ꝓpꝛietate ẽ vt
ostẽdat p demõstrationẽ nõ ẽ pole i eo vt ostẽdaꝛ absq; ꝛ si eẽt: eẽt aliq̃d vt oñ
deꝛet per diffonẽ ꝛ demõstrationẽ: nã inueniꝛet aliq̃d de cui9 ꝓpꝛietate esset: vt
ostẽderet per demõstrationẽ. ꝛ hoc est repugnãs ostẽsum absq; demõstratione
iamq; ostẽsum est hoc per viã inductiõis: ꝛ illud est: q nos qñ inq̃rim9 res ꝗs
cum9 per demõstrationẽ nõ inuenim9 aliq̃d in eis per q̃ sit nobis via demõstra
tione: siue sint ille res exꝑreb9 per se ꝛ accidẽtalib9. nã qm̃ diffo q̃dẽ docet nos
sm̃ rei: ꝛ demõstratiões iã docẽt res excũtes a scia rei q̃ sunt accidentia p se: ꝛ
etiã qm̃ artes ponũt diffones positiõe ꝛ ꝓcedũt inuẽtionẽ ipsaꝝ diffonũ neq3
demõstrat vt ostẽdit inuẽtio ipsarũ diffonũ: sicut q ponit arithmeticus diffi-
nitionẽ vnitatis diffõne imparis: ꝛ etiã qm̃ demõstrationũ cõpositiones sunt
sm̃ modũ p̃dicationis: ꝛ diffinitionũ cõpositiones sm̃ modũ ꝯditionationis
ꝛ alligationis. qm̃ dicti nostri in hoꝛe animal ambulãs bipes erecto statu: nõ
p̃dicaꝛ vna partiũ huius distinctionis de alia: sed partes q̃dem demonstratio
num sunt p̃dicata q̃dam de q̃buscã: ꝛ nõ est diffinitio diuersa a demonstratio
ne sm̃ modũ quo verificaꝛ intẽtio vlis ab intẽtione intrãte sub ea. s. ꝓpꝛia ꝛ
ipsa. qm̃ iam diuersificaꝛ demõstratio a demonstratione cũ hac dispõne. U. g.
q demõstratio q̃ cõsistit super hoc q̃ trianguli equicruri ãguli sunt equales
duobus rectis est contentũ ꝛ intrãs sub demõstratione vli q̃ ostẽdit hãc inten
tionẽ triãgulo absolute. qm̃ si esset diffinitio diuersa a demonstratione in hac
specie essent res subiecte ei quedã intrãtes sub q̃buscã: ꝛ fieret res vlis eadez
quidem conclusio. ꝛ hoc est impossibile. ꝛ ꝓpter hoc demonstratio ꝛ diffinitio
non diuersificantur. s. vna earum ab alia in hoc q̃ vna earum est comꝓhen-
sa sub alia: neq3 scientia prouenies ab ambabus est sciẽtia vna rei vni ex pte
vna ipsius quodquidest.

Capitulum. iij.

A sylo du plãte: nõ demfari q̃d cõ eo cui9 est.

Ipsius aũt q̃d est vtrũ syllogismus sit aut demfatio
aut nõ sicut nũc rõ suppositum. Sillis q̃dẽ eñ aliquid
de aliquo monstrat per mediũ: sed q̃d est esse ꝓpꝛiuz
est ꝛ in eo quod q̃dest predicatur. Hec autem ne: esse
est conuerti. Si enim. a. ipsius. c. est ꝓpꝛium manife
stum est q ꝛ. b. ipsius. b. ꝛ hoc ipsi. c. q̃re omnia sunt
adinicẽ. At ꝯꝛ si. a. i eo qõq̃dest ineꝛt oi. b. ꝛ vlr. b. de oi. c. in eo qõ
quidest ỹ necesse est ꝛ. a. in eo qõquid est p̃dicaꝛi de. c. Si vero aliqs
nõ acciꝑiet sic reduplicãs no necesse. a. in eo quod q̃dest de. c. predi-
cari. Siq̃dem de. b. in eo quod q̃dest: ipsum autem quod q̃dest vtra-
q; ꝓ habebunt. erit itaq; ꝛ. b. de. c. quod q̃dest. Si igitur quod q̃dest et
quod q̃derat esse vtraq; habent: in medio termino erit ꝓius quod-
quiderat esse: ꝛ omnino si est monstrare quid est homo sit. c. homo
a. vero quod est siue animal bipes siue aliquid aliud. Si igitur syl
logizabitur necesse est de. b. a. omni predicari: ꝛ huiusmodi autẽ erit
alia media ratio. Quare ꝛ hoc erit quid est homo. assumit igitur

UVA. BHSC. IyR_118_1

quod oportet demonstrare. ⁊ etenim. b. ē quod est homo oportet in duabus ꝓpositiōibus primis ⁊ īmediatis terminis cōsiderare. Maxime enim manifestum fit qđ dicitur sic per cōuersionem quidē demōstrantes quid est anima ⁊ quid est hō aut aliud quidlibet eorum que sunt qđ est ex principio petunt: vt si aliquis existimet animam esse sibi ipsi causam viuendi. hic autem numerum ipsum seipsum mouentem necesse est animam repetere ꝙ vere est esse numerū seipsum mouentem sic sicut idem. Non enim si. a. consequitur. b. ⁊ hoc. c. erit quando. c. a. quod erat esse: sed verum erat dicere ꝙ erit solum: neq; si est. a. quod quid est ⁊ de. b. predicari omni. nam animalis esse predicatur de hominis esse: sicut ⁊ omnem hominem esse animal. verū enim omni homini animali esse. Si igitur non sic accipiat non syllogizabitur ꝙ. a. sit. c. quod quid erat esse ⁊ substātia. Si vero sic accipiat prius erit accipiens quod quid erat esse. b. quare non demonstratum est: qđ enim erat in principio accepit.

¶ Capitulum. iij.

B Etiam sit ostēsum ꝙ demonstratio est aliud ⁊ ꝙ scientia proueniēs ab vna ipsarūē alia a scia q̄ ꝓuenit ab alia. Speculemur ergo in vijs ex q̄bus p̄parat̄ nobis intētio diffinitiōis. Dicam⁹ ergo ꝙ diffinitio rei apparet ꝙ īpol'e est vt oñdat̄ ꝑ demōstrationem ex eo ꝙ demr̄atio est syll's: ⁊ syll's q̄dē est ꝑ mediū: ⁊ diffinitio rei cōuertit̄ cū re ⁊ p̄dicat̄ de ipsa ex via q̄d est: seq̄tur ergo in termino medio ī quo vult hoc ꝯcludere extremitatē maiorē de minori vt sit termin⁹ medi⁹ ꝯuertibilis etiam cum diffinito: ⁊ vt sit predicatum de eo ex via quid est donec sit medium predicatum de minore ex via quid est ⁊ equale ⁊ maior predicatur de medio ex via q̄d est: ⁊ equale etiā qm̄ cū nō cōditionant̄ he ꝯditiōes in p̄dicatiōe maioris de medio: ⁊ medū de minori nō sequit̄ ex illo vt sit termin⁹ maioris termin⁹ minoris. sed sequit̄ ꝙ ex illo cū nō ꝯditionant̄ in ābab⁹ ꝓpōnib⁹ aut in vna ipsaꝝ he ꝯditiōes vt sit extremitas maior inuenta minori tm̄: nisi qꝛ q̄ facit hoc sequet̄ ip̄m vt p̄mittit q̄sito p̄mo. s. qꝛ cū ꝯditionant̄ in termino medio: vt sic p̄dicat̄ de extremitate minori ex via q̄d est ⁊ eq̄le: ⁊ sil'r ex via q̄d est: ⁊ eq̄liter q̄cūq; sit terminus. U. g. vt ostēdat̄ ꝙ diffinitio aīe est numer⁹ mouēs seip̄m: sicut vr̄ Platoni ex eo ꝙ aīa est cā vite ꝑ se: ⁊ illud est ꝙ oēs ꝑtes q̄ sunt hac dispōne si accipiant̄ vtraq; ip̄oꝝ īuenit̄ res positiōe: qđ est in loco sui cōparis: ⁊ q̄ditas rei vni⁹: ⁊ sunt vtreq; diffinitio vna diuersaꝝ īterp̄tationū. ergo q̄ ponit vnū ipsoꝝ in ostēsione alterius iā ponit quesitū primū.

C

¶ Capitulum. iiij.

A neq; idē effici posse per diuisionē syll'o. At vero neq; que per diuisiōes est via szllogizat / sicut in resolutione circa figuras dictum est. nequaq̄ enim necesse est ꝟm ꝙ fit illam rem esse cum hec sint: sed neq; sicut inducens demonstrat. Non enim oportet conclusionem interrogare neq; qꝛ data est esse: sed necesse est eē cū sint illa: ⁊ si non dicat respondens an ne homo animal est aut inanimatum: postea accepit animal: non syllogizatum est. Item omne animal aut gressibile aut aquatile: accepit gressibile. ⁊ esse hominem totum animal gressibile hoc non necesse est ex dictis: sed accepit hoc.

UVA. BHSC. IyR_118_1

Et differt autem nihil in multis aut in paucis sic facere. idem enim est non syllogisticus quidem igitur vsus sit sic procedentibus et de contingentibus syllogizari: quid enim prohibet verum quidem hoc omne esse de homine: non tamen quod quid est neq; esse ostendens Amplius quid prohibet: aut apponere aliquid aut auferre: aut trā silire substantiam. hec igitur dimittantur quidem. Contingit autez soluere in accipiēdo in eo quod quid est omnia: ⁊ quod est consequē ter diuisionem facere petentem primum ⁊ nihil relinquere. hoc autē necessarium est. Si vniuersum in diuisionez cadit ⁊ nihil deficit: hoc autem necessarium: indiuiduum enim specie oportet esse. Sed syllo gismus tamen non inest: sed siquidem si alio modo cognoscere facit: ⁊ hoc quidem non est inconueniens: neq; enim inducens fortasse de monstrat: sed tamen ostendit aliquid. Sillogismum autem non dicit ex diuisione dicens diffinitionem: sicut enim in omnibns conclusio- nibus que sine medijs sunt si aliquis dicatur: quoniam his existen- tibus necesse est hoc esse/contingit interrogare propter quid sit: ⁊ in diuisiuis terminis quid est homo animal mortale bipes habens pe des sine pennis: propter quid ꝑm vnamquamq; appositionem. Di- cet enim et demonstrabit diuisione sicut opinatur quod omne ani- B mal aut mortale aut immortale sit: huiusmodi autez ratio omnis nō est diffinitio: quare quāuis diuisione demonstraretur: sed diffinitio vtiq; non syllogismus est.

¶ Capitulum. iiij.

¶ Considerandum autem ⁊ in vno ⁊ in pluribus si similiter se habet. ¶ Aliquotiens enim differt: vt si scire est intelligere: ⁊ multa scire est multa intelligere: hoc autẽ nõ verũ. Contingit em plura scire: intelligere aũt nõ. si igitur hoc nõ: neqz illud qõ in vno: qm scire intelligere est. ¶ Amplius ex magis ⁊ minus. ¶ Sunt antez eius qõ est magis loci quattuor. Unus quidẽ si magis sequitur magis: vt si voluptas bonũ: ⁊ magis voluptas magis bonũ. Et si iniuriã ferre magis malũ: ⁊ magis iniuriã ferre magis malum: vtilis autem ad vtrũ qz hic locus. Hã si qñs est subiecti incremẽto accñtis incrementum: quẽadmodũ dictum est: manifestũ qm accidit. si autẽ nõ sequitur: nõ accidit. hoc aũt inductione sumendũ. ¶ Alius vno de duobus dicto Si ei cui magis videtur ineſſe non ineſt: nec cui minus. ⁊ si cui minꝰ videtur ineſſe ineſt: ⁊ cui magis. ¶ Rursum duobus de vno dictis: si quod magis videtur ineſſe non ineſt: nec quod minus. Sivero qõ minus videtur ineſſe ineſt: ⁊ quod magis. ¶ Amplius duobus de duobus dictis si qõ alteri magis videtur ineſſe non ineſt: neqz quod reliquum reliquo: aut si quod minus videtur alteri ineſſe ineſt: ⁊ reliquum reliquo. ¶ Amplius ex eo qõ similiter ineſt / vel videtur ineſſe tripliciter: quẽadmodum in eo quod magis: vt in posterioribus tribus dictis locis dicebatur. ¶ Cum enim vnũ qdẽ duobus similiter ineſt / aut videtur ineſſe: si alteri non ineſt / neqz alteri. si alteri autem ineſt ⁊ reliquo. Siue duo eidẽ similiter: si alterum non insit / nec reliquum: si aũt alterum / ⁊ reliquũ. Eodem aũt modo ⁊ si duo duobus similiter insunt. Nam si alterũ alteri non ineſt / neqz reliquum reliquo si aũt ineſt alterum alteri / ⁊ reliquum reliquo. Ex eo igitur quod est magis ⁊ minus: ⁊ quod est similiter tot modis cõtingit argumentari. ¶ Amplius autem ex appositione si alterum ad alterum appositũ faciat bonum / vel album / quod non fuit prius album vel bonum quod appositum est erit albũ vel bonũ quale ⁊ totum facit. ¶ Amplius si preter hoc quod erat appositum quidem magis facit tale q̃ le erat ⁊ ipm erat hmõi: sicr autem ⁊ in aliis. ¶ Utilis autem non in omnibus hic locus: sed in quibus eius qõ est magis incrementum accidit fieri. Iste vero locus nõ cõuertitur ad destruendum: nam si non faciat quod appositum est bonum: nondum manifestum est si ipsum non sit bonum. Nam bonum malo appositum non ex necessitate bonũ totum facit neqz album nigro: neqz dulce amaro. ¶ Rursus si quid magis ⁊ minus dicitur ⁊ simplr ineſt. ¶ Quod enim nõ est bonum vel album: neqz magis et minus bonum vel album dicetur. nam malum de nullo magis vel minus bonum: sed magis malum vel minus dicetur. Non cõuertitur aũt neqz hic locus ad destruendum. Multa enim eorum que nõ dicuntur magis simpliciter insunt. Homo em nõ dicitur magis ⁊ minus: ſz nõ pp hoc nõ est hõ.

B 33. loc. Decio.

C C. xxvj 34. loc. decio.

35. loc.

36. loc.

Capit. xxvij. 37. loc.

D 38. loc. decio.

E Capit. xxviij. 39. loc. 40. loc. decio.

C. xxix 41. loc. decio.

F

UVA. BHSC. IyR_118_1

C.xxx. 4ᵘ. loc⁹ Decto. ¶Eodē modo cōsiderandū: ⁊ in his que sunt ſm quid/⁊ quando/ ⁊ vbi. ¶Nam qđ ſm quid contingit: ⁊ quādo ⁊ vbi dicitur ⁊ simpli citer ꝓtingit: sicꝫ ⁊ quādo ⁊ vbi. nā qđ simpliciter est impossibile: necꝫ ſm quid: necꝫ quādo: necꝫ vbi contingit. ¶Instantia: qm̄ ſm quid quidē sunt natura studiosi (vt liberales/vel casti) simpliciter autē non sunt natura studiosi: nam nullus natura prudēs. Sicꝫ aūt ⁊ qm̄ quidem contingit corruptibiliū aliquid nō corrūpi: simplr autem nō contingit nō corrūpi. Eodē autē mō ⁊ vbi quidē expedit hmōi dicta vti in egrotatiuis locis: simplr aūt nō expedit. Amplius quidem vbi tm̄ vnū possibile esse: simplr aūt nō possibile vnū tm̄ esse. Eodē autē modo ⁊ vbi quidē bonū mactare patrē vt in tribalis: simplr aūt non bonū. Aut hoc qđē: nō vbi significat: sed qbusdam? Nihil em̄ differt vbi sint. Ubicūqꝫ em̄ sint eis erit bonū: vt in tribalis. Rursus qm̄ quidem expedit medicari: vt qm̄ egrotat: simpliciter aūt nō: aut necꝫ hoc qm̄ significat in eo q̄ afficitur aliquo mō: nihil em̄ differt qm̄cūqꝫ si sic tm̄ affectus sit. ¶Simplex aūt est q̄ nullo addito dicis: vt qm̄ bonū est: aut cōtrarium: vt patrem mactare nō dicis bonū esse: sed quibusdā bonum esse: non ergo simplr bonum: sed deos honorare bonū di cis nihil addens: simpliciter em̄ bonum est. Quare q̄ nullo addito videtur bonū vel prauū vel aliquod talium: simpliciter dicetur.

Diuisio

¶Secundi Topicorum Aristotelis Finis.

Topicorum Aristotelis. Liber tertius.

De melioꝛ/eligibiliorūqꝫ ꝓblematum locis. Cap. j.

VTrum aūt sit magis eligendū aut melius duoꝛū vel pluriū: ex his perspiciendum. Primū autē determine tur: qm̄ considerationē facimus nō de plurimū distan tibus: ⁊ magnā admodū dissiam habentibus. Nullus em̄ dubitat vtrū beatitudo vel diuitie magis appetē dum: sed de his que ꝓpinqua sunt: ⁊ de quibus dubi tamus vt oporteat apponere magis: eo q̄ nullā vide mus alterius ad alterū preeminentiā. Palam igitur q̄ in his ostē sa p̄eminentia vel vna vel pluribus cōstituit intellectus: qm̄ hoc est magis appetendū qđ est eoꝛ p̄eminēs. ¶Primū ergo dicim⁹ q̄ diu turnius ⁊ ceteris magis eligendū est eo qđ min⁹ hmōi. ¶Et qđ ma gis eligit prudens vel bonus vir/vel lex recta/vl studiosi circa singu la delecti in eo q̄ tales sunt vel in vnoquoqꝫ gñe scientes: vel quecūqꝫ plures vel oēs (vt in medicina/vel in edificijs: q̄ plures medicoꝛ vel oēs) vel q̄cunqꝫ olno vel plures vel omnes vel oia vt bonū. Omnia enim bonum appetunt. Oportet aūt ducere ad quicquid fuerit vti le quod dicendum est. ¶Est autē simpliciter quidem melius ⁊ ma gis eligendū qđ ſm meliorē disciplinā: alicui autem qđ ſm ꝓpriam. ¶Deinde q̄ hoc aliquid eo q̄ non in genere: vt iustitia iusto. ¶Nā

A Primus locus 2. locus B 3. locus. 4. loc⁹. Decto.

UVA. BHSC. IyR_118_1

hoc q̇dē in gñe boni: illud aūt nō: ⁊ hoc q̇dem qđ bonū: illud autem
nō. Nihil em̄ đr ꝙ genus qđ nō est in gñe: vt albus hō non est qđ co C
lor: silr aūt ⁊ in alijs. ¶ Et qđ ꝓpter se eligenduz eo qđ ꝓpter aliud 5.locus.
magis eligendū. ¶ Ut sanū esse q̄ꝫ exercitari. hoc em̄ ꝓpter se eligen Decl'o.
dum: illud autē ꝓpter aliud. ¶ Et qđ per se eo qđ per accñs. ¶ Ut 6.locus
amicos iustos esse eo ꝙ inimicos. Hoc em̄ per se eligendū: illud autē Decl'o.
per accñs. Nā inimicos iustos esse ꝑm accñs eligim⁹ vt nihil nobis
noceant. Est autez hoc idē ei qđ ante ip̄m: differt aūt in mō. Nā ami
cos q̇dez iustos esse per se eligim⁹: ⁊ si nihil nobis debeat fieri: ⁊ si in
India sint. Inimicos aūt ꝓpter alterū: vt nihil nos noceāt. ¶ Et cā
boni per se ea q̄ per accñs. ¶ Quēadmodū virtus fortuna. nā hec ꝑ Ca. ij:
se: illa aūt ꝑ accñs est cā bonoꝝ: ⁊ si q̇d aliud hmōi. ¶ Silr aūt ⁊ in D
ꝯtrarijs. ¶ N qđ per se est cā mali magis fugiendū eo qđ per accñs: 7.locus.
vt vitiū q̄ꝫ casus ⁊ fortuna. nā hoc q̇dem per se malū casus aūt ꝑ ac Decl'o.
cidens. ¶ Et qđ simplr bonū eo quod alicui magis eligendū. ¶ Ut 8.locus
sanum fieri: q̄ꝫ secari. Nā hoc q̇dem simplr bonum: illud aūt alicui in Decl'o
digēti. s. sectione. ¶ Et qđ natura est bonū: eo qđ nō natura. ¶ Ut 9.locus
iustitia iusto. Hec em̄ natura. Illud aūt acq̇sitiuū. ¶ Et qđ meliori 10.loc⁹.
⁊ honorabiliori inest magis eligendū. ¶ Ut quod deo q̄ꝫ hoī: ⁊ ani- E
me q̄ꝫ corpi. ¶ Et qđ melioris ꝓpriū melius q̄ꝫ qđ peioris. ¶ Ut qđ 11.loc⁹
dei q̄ꝫ qđ hoīs. Nam ꝑm cōia in vtrisq̄ꝫ nihil differūt adinuicē. Pro- 12.loc⁹.
prijs autē alterū ab altero superatur. ¶ Et qđ in melioribus vel ꝑo
ribus vel honorabilioribus: est melius. ¶ Ut sanitas: robore ⁊ deco 13.
re. nā he q̇dem in humidis ⁊ siccis ⁊ calidis ⁊ frigidis (vt simplr di- decl'o.
catur) ex q̇bus primū constitutū est aīal. Illa vero in posterioribus. F
nā robur ⁊ in neruis ⁊ ossibus: decor aūt mēbroꝝ q̄dā cōmēsuratio 14.loc⁹
videt esse. ¶ Et finis his q̄ sunt ad finē magis eligendū videtur eē. 15.loc⁹.
¶ Et duoꝝ ꝓpinquius est fini. ¶ Et oīo qđ ad vite finē expetibili- 16.loc⁹.
us magis q̄ꝫ qđ ad aliq̇d aliud. ¶ Ut qđ ad beatitudinē ꝯtendit q̄ꝫ 17.loc⁹.
qđ ad prudentiā. Nā qđ ad btitudinē ꝯtendit magis eligēdū. ¶ Et Decl'o
possibile impossibili. ¶ Ampli⁹ duob⁹ effectiuis exñtibus: cui⁹ finis 18.loc⁹.
melior ⁊ ip̄m meli⁹. ¶ Ex effectiuo aūt ⁊ fine ex ꝓportiōe: qñ plus 19.loc⁹.
affinis supat finē: q̄ꝫ ille ꝓpriū effectiuū. ¶ Ut beatitudo plus supe- 20.loc⁹.
rat sanitatē q̄ꝫ sanitas sanatiuū. Quare effectiuū beatitudinis meli⁹ decl'o.
sanitatē. nā q̄ꝫtū beatitudo superat sanitatē: tm̄ ⁊ effectiuū btitudi-
nis sanatiuum: sanitas autem sanatiuum minus superabat. Quare
plus supat effectiuū beatitudis sanatiuū q̄ꝫ sanitas sanatiuū. qua ꝓ
pter effectiuū beatitudinis melius sanitate. Palā ergo qm̄ magis eli
gendū effectiuū btitudinis q̄ꝫ sanitas: nā idem plus superat. ¶ Am
plius qđ meli⁹ est per se ⁊ honorabili⁹ ⁊ laudabili⁹. ¶ Ut amicitia di 21.loc⁹.
uitijs: ⁊ iustitia / sanitate / ⁊ robore. Nā hec q̇dē ꝑ se honorabiliū ⁊ lau Decl'o.
dabiliū: illa nō ꝑ se: sz ꝑꝑ aliđ. Null⁹ em̄ honorat diuitias ꝑꝑ se: sz ꝓ G
pter aliud. Amicitiā v̄o ꝑꝑ se: ⁊ si nihil nobis debeat ab ea aliđ esse.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ Alij pro eisdem problematis loci. Cap. ij.

Sm vete rē sectio nem. A Ca. iij. 22. loc⁹. decl'o. 23. loc⁹. decl'o. 24. loc⁹ instātia 25. loc⁹. 26. loc⁹. decl'o. B Nemo iuuenes in duces eligit qz nō ꝯstat eos esse pruden tes. 27. lo⁹. C decl'o. 28. loc⁹. decl'o. 29. loc⁹. decl'o. D Ca. iiij 3 . loc⁹ 31. locus 32. loc⁹. instātia

Amplius quando duo aliqua fuerint valde sibimetipsis similia / ⁊ non poterimus preeminentiam aliquam conspicere alterius ad alterum: videndum ex his que sequuntur. ¶ Nam cui consequens est magis bonum: hoc magis eligendum. ¶ Si autē sequentia sint mala: cui cōsequēs est minus malum magis eligendum. ¶ Cum enim vtraqꝫ sint eligenda nihil prohibet difficile aliquid sequi. Duplex autem ab eo qđ est sequi consideratio. nam ⁊ prius ⁊ posterius sequitur: vt discentez ignorare quidem prius: scire autem posterius: melius autem plerūqꝫ quod posterius sequitur. sumendum ergo eorum que sequuntur quodcunqꝫ fuerit vtile. ¶ Amplius bona plura paucioribus vel simpliciter / vel quando altera alteris insunt vt pauciora in pluribus. ¶ Instantia: sic vbi alterum propter alterum: nihil enim magis eligendum vtrunqꝫ q̄ꝫ vnum vt sanum fieri: ⁊ sanitas q̄ꝫ sanitas eo ꝙ sanum fieri propter sanitatem eligimus. Et nō bona bonis nihil ꝓhibet esse magis eligēda vt beatitudinem et aliud aliquid: quod nō est bonum iustitia et fortitudine. ¶ Et eadem cum voluptate magis q̄ꝫ sine voluptate: ⁊ eadem cum indolētia q̄ꝫ cum tristitia. ¶ Et vnumquodqꝫ in quo tempore magis valet: ⁊ hoc etiam magis eligendum. ¶ Ut carentia tristitie in senectute magis q̄ꝫ in iuuentute: magis enim in senectute valet. Secundum autem hec et prudentia in senectute magis eligendum. Nemo enim iuuenes eligit duces: eo ꝙ non constat ipsos esse prudentes. Fortitudo autem econtrario. In iuuentute enim magis necessaria ꝟm fortitudinem operatio. Similiter autem temperantia: magis enim iuuenes q̄ꝫ senes a concupiscentijs molestantur. ¶ Et ꝙ in omni tempore vel in pluribus vtilius. ¶ Ut iustitia et temperantia fortitudine. nam hec semper: illa autem aliquando vtilis. ¶ Et ꝙ omnibus habentibus nihil altero indigeremus: q̄ꝫ ꝙ habentibus indigeremus reliquo. ¶ Velut in iustitia et fortitudine. Nam si omnes essent iusti: nihil vtilis esset fortitudo. Si vero omnes essent fortes: vtilis iustitia. ¶ Amplius ex corruptionibus / et abiectionibus / ⁊ generationibus / et sumptionibus / et contrarijs. ¶ Quorum enim corruptiones magis fugiende ipsa magis eligenda. Similiter autem ⁊ abiectionibus et contrarijs. Nā si abiectio vel contrarium magis fugienda: ipsum magis eligendū. In generationibus autem et sumptionibus econtrario. Quorum enim sumptiones et generationes magis eligende / ipsa magis eligēda. ¶ Alius autem locus est: ꝙ proximum. bono melius et magis eligēdum. ¶ Et quod simili⁹ bono. vt iustitia iusto. ¶ Et quod melior est eorum similis: quemadmodum Aiacem Ulyxe dicunt aliqui meliorem esse / eo ꝙ similior est Achilli. ¶ Instantia huius: quoniā non verum. Nihil enim prohibet non in eo ꝙ optimus est Achilles

UVA. BHSC. IyR_118_1

in hoc similiorem Aiacem esse. altero quidem existente bono/non si
mul autem. ¶ Considerandum autem et in ridiculosioribus si sit si dilutio.
mile velut simia homini: q̃ equus: cum non sit similis. Non enim E
melior simia et si similis est homini. ¶ Rursuz in duobus si hoc qui 331.loc⁹
dem meliori: illud autem peiori: sit similius: erit melius quod melio instãtia
ri similius. ¶ Habet autem ⁊ hoc instantiam. Nihil enim prohi- 34.loc⁹.
bet ⁊ hoc meliori parum simile esse: illud autez peiori valde: vt si A- 35.loc⁹.
iax quidem Achilli parum: Ulyxes autẽ Nestori valde. Et si hoc qui 36.loc⁹.
dem meliori in peioribus simile sit: illud autem peiori in melioribus: 37.loc⁹.
vt equus asino: et simia homini. ¶ Aliud quod nobilibus eo
quod minus tale. ¶ Et quod difficilius: magis enim amamus cum
habemus: quod non est facile sumere similiter. ¶ Et quod magis ꝓ
prium: eo quod cõmunius. ¶ Et quod malis incõmunicabile. Ma F
gis enim est eligendũ quod nulla difficultas sequitur q̃ quod sequi 38.loc⁹.
tur. ¶ Amplius si hoc illo melius ⁊ optimũ eorum cum hoc melius decl'o.
eo ꝙ in altero optimum. ¶ Ut si melior est homo q̃ equus: ⁊ opti-
mus homo optimo equo melior. ¶ Et si optimo melius ⁊ simplici-
ter hoc illo melius: vt si optimus homo optimo equo melior: ⁊ ho-
mo simpliciter equo melior. ¶ Amplius que ad amicos magis par 39. loc⁹
ticipare eligenda q̃lque non. ¶ Et que ad amicum magis agere vo 40 loc⁹
lumus/q̃ que ad quẽlibet hec magis eligenda. ¶ Ut iuste agere et decl'o.
benefacere magis q̃ videri. naz amicis benefacere volumus magis G
q̃ putari. quibuslibet autem econtrario. ¶ Et que ex circunstantia 41.loc⁹.
necessarijs meliora: aliquando autem ⁊ magis eligenda. ¶ Melius decl'o.
enim bene viuere: q̃ viuere. Bene autem viuere ex circunstantia est. Non est
Ipsum autem viuere necessarium. Aliquando autem meliora: nec viuere sz
etiam magis eligenda. Non enim si meliora necessario ⁊ magis eli- valere vi
genda. Philosophari enim melius q̃ ditari: sed non magis eligen- ta. Mar
dum indigenti necessarijs. Ex circunstantia autem est quando exi- tialis
stentibus necessarijs/alia quidem preparentur bonorum: bene autez H
fortasse magis eligendum quod necessarium est: melius autez quod 42.loc⁹
ex circunstantia. ¶ Et quod nõ est ab alio posse q̃ quod est ab alio. decl'o.
¶ Quale posse est iustitia ad fortitudinẽ. ¶ Et si hoc sine illo quod 43.loc⁹
eligendum. illud autem sine hoc non. ¶ Ut potestas sine prudentia decl'o.
non eligenda: prudentia vero sine potestate eligenda. ¶ Et duoruz I
si alterum negamus vt reliquum videatur nobis inesse: illud eligen Ca. v.
dum magis ꝙ volumus videri inesse. ¶ Ut studere negamus: vt in 44loc⁹
genio bono esse videamur. ¶ Amplius cuius absentia minus incre decl'o.
pandum grauiter ferenti: hoc magis eligendum. ¶ Et cuius absen 45.loc⁹
tia magis increpandum non grauiter ferentibus: et hoc magis eli- 46 loc⁹
gendum.

¶ Alij meliorum eligibilio-
rumq̃ loci. Cap. iij.

UVA. BHSC. IyR_118_1

47.loc⁹ Amplius eorũ q̃ sunt sub eadẽ spẽ quod habet ꝓpriam virtu
48.loc⁹ tem q̃ꝫ quod nõ habet. ¶ Utrisq̃ autez hñtibus qđ magis
49.loc⁹ hz. eligibilius. ¶ Amplius si hoc quidem facit bonũ illud
Decl'o. cui adest: illud aũt non facit magis eligendum quod facit.
¶ Quemadmoduz calidius quod calefacit: eo quod non. ¶ Si au
tẽ vtrũq̃ꝫ facit qđ magis facit: aut qđ melius ⁊ principalius facit bo
L num: vt si hoc q̃dem aĩam: illud aũt corpus. ¶ Amplius aũt a casi
Ca. vi. bus: ⁊ vsibus: ⁊ actibus: ⁊ operibus: ⁊ hoc ab illis. ¶ Sequuntur.
5 .loc⁹. enim seinuicem: vt si quod iuste magis eligendum q̃ꝫ qđ fortiter: ⁊
51.loc⁹. iustitia fortitudine magis eligenda: ⁊ si iustitia q̃ꝫ fortitudo magis
eligendum: ⁊ iuste magis q̃ꝫ fortiter. similiter autem ⁊ in alijs.
52.loc⁹. ¶ Amplius si alique eodem hoc quidem magis bonum: illud autez
minus: magis eligendum maius: vel ⁊ si maiore maius ⁊ alteruz al
53.loc⁹. tero. ¶ Sed ⁊ si duo q̃dã vno aliquo magis sunt eligenda: quod ma
54.loc⁹ gis est eligendum eo ꝙ minus est magis eligẽdum. ¶ Amplius cu
Decl'o ius superabundantia superabundantis eligenda ⁊ magis ip̃m ma
55.loc⁹. gis eligendum. ¶ Ut amicitia: pecunia: nam magis eligenda supa
Decl'o. bũdãtia amicitie q̃ꝫ pecuniarum. ¶ Et cuius magis eligit ipsum si
M bi cãm esse q̃ꝫ cuius alterum. ¶ Ut amicos pecunijs. ¶ Amplius ex
56.loc⁹ appositione si eidem appositum quod totum est magis eligendum
Decl'o. facit. ¶ Cauere autem oportet protendere ea in quibus altero ap
positorum vtitur commune vel alterum quolz modo ei cooperatur:
reliquo autem non vtitur: nec coopatiuum est vt serram: falcem cuz
fabricatoria. nam magis eligenda est serra consociata: simpliciter au
57.loc⁹. tem non magis eligendum. ¶ Rursum si minori appositum quid to
58.loc⁹. tum facit maius. ¶ Similiter autem ⁊ ex ablatione: quo enim abla
to ab eodem quod restat est minus: illud maius vtiq̃ꝫ esset quod re
Ca. vij liquum est minus facit. ¶ Et si hoc quidem ꝓpter se: illud autem ꝓ
59.loc⁹. pter gloriam eligendum. ¶ Ut sanitas: decore. Diffõ autem eius qđ
N est ad gl'iam est: ꝙ nullo cõsciente non studeat inesse. ¶ Aut si hoc
Decl'o. 60.loc⁹ quidem propter se ⁊ propter gloriã eligendum: illud autẽ propter al
61.loc⁹. terũ tantũ. ¶ Et vtrũ de duobus magis ꝑ se honorandũ: hoc etiaz
Decl'o. melius ⁊ magis eligendũ. ¶ Honorabilius autẽ erit ꝓpter se quod
62.loc⁹. cũ nihil aliud debeat esse propter se eligimus magis. ¶ Amplius di
uidendũ quotiens quidẽ quod eligendũ est dicitur/quorũ gr̃a vñr
Decl'o. aut expedientis vel boni vel delectabilis. ¶ Nam quod ad omnia
63.loc⁹. vel plura est vtile esse magis eligẽdũ: eo qđ nõ sic sit. ¶ Si aũt vtris
decl'o q̃ꝫ insunt/vtro magis insunt cõsiderandũ. ¶ Utrũ delectabilius vel
64.loc⁹ melius vel expedientius. ¶ Rursum quod ꝓpter melius est magis
O eligendũ. ¶ Ut quod ꝓpter virtutẽ q̃ꝫ qđ ꝑꝑ delectationẽ. ¶ Sil'r
decl'o. aũt ⁊ in fugiẽdis. ¶ Nã magis est fugiendũ qđ impedit virtutes. vt
65.loc⁹. egritudo feditate. nã voluptatis ⁊ eius qđ est studiosum esse ꝓhibẽ
decl'o. tior est egritudo. ¶ Amplius ex sil'itudine monstrare fugiẽdũ ⁊ eligẽ
66.loc⁹

UVA. BHSC. IyR_118_1

dū quod propositū est. ¶ Minus em̄ eligendū ⁊ huiusmodi quod ⁊ eligit aliquis: similiter et fugiet altero eligendo existente tantum. Decl'o.
¶ Ergo ad seinuicē cōparationes (quemadmodū dictū est) faciēdū C.viij.
¶ De eligendis ⁊ fugiendis documenta ⁊ loci communes.

Capitulum quartum

Idem autem loci sunt vtiles: ⁊ ad demonstrandū quodlibet eligendum vel fugiendum. ¶ Auferre etenim tantum oportet eam que ad alterum tantum est preminentiā. Si em̄ honorabilius magis est eligendum: ⁊ honorabile est eligendū. si enim quod vtilius est magis eligendū: ⁊ vtile est eligendom. Similiter aūt ⁊ in alijs quecumq; huiusmodi habent cōparationē. ¶ In aliquibus.n. statim secundum eā que ad alterū est cōparationem: ⁊ quoniam eligendū vtrūq; vel alterum dicimus. ¶ Ut quoniam hoc quidē natura bonū: illud autē nō natura bonū dicimus. Nam quod naturaliter est bonū palam quoniā eligēdū. ¶ Sumēdū autē q̄ maxime vniuersales locos de magis ⁊ minore: sumpti autē sic ad plures erunt vtiles. Est aūt eoꝝ q̄ dicti sunt quosdā vniuersales magis ferre parum trāsmutanti ꝑm appellationem. ¶ Ut ꝙ natura tale magis/q̄ quod non natura tale. ¶ Et si hoc quidē facit: illud aūt non facit quod habet tale cuicūq; inest: magis tale qd̄ facit q̄ cui non facit. ¶ Si autem vtrūq; facit tale ꝙ magis facit hoc tale. ¶ Amplius si eodē aliquo hoc quidem magis: illud autem minus tale. ¶ Et si hoc quidē tali magis tale: illud vero non tali magis tale: manifestū ꝙ primum magis est tale. ¶ Amplius ex additione si eidem additum totū facit magis tale. ¶ Aut si ei quod minus est tale additu; totum magis tale facit. ¶ Similiter autem ⁊ ex ablatione: nam quo ablato reliquum minus tale ipsum magis tale. ¶ Et que contrarijs impermixtiora magis talia sunt: vt albius nigro impmixtius. ¶ Amplius preter ea que dicta sunt superius quod magis suscipit propriā propositi rationē: vt si albi est ratio color disgregatiuus visus: ⁊ albius est ꝙ color magis disgregatiuus visus. ¶ Si aūt ꝑticulariter ⁊ nō vl'r problema ponatur primū q̄dē dicti loci vl'r constructiui vel destructiui oēs vtiles. ¶ Vl'r aūt interimētes vl' cōstruētes ꝑticul'r monstramus. nā si omni inest: ⁊ alicui. ⁊ si nulli: nec alicui. ¶ Maxime aūt cōpetentes ⁊ conuenientes loci qui sunt ex oppositis ⁊ coniugatis ⁊ casibus. ¶ Nam similiter opinabile existimare: ꝙ si omnis voluptas bona: ⁊ oēm tristitiā malā esse huic: vel si aliqua voluptas bonū ⁊ tristitiā aliquam malaz esse. Amplius si aliquis sensus non est potestas: ⁊ insensibilitas quedam non est impotentia. Et si quoddam opinatum disciplinatum: ⁊ opinio quedam disciplina. Rursum siquid iustum bonum ⁊ iniustū quidē maluz. Rursum siquid iniustum malum ⁊ iustū quid bonū. ⁊ si delectabile quid fugiendū: ⁊ delectatio quedā fugienda. Scd̄m hoc autez ⁊ siquid delectabile vtile

documēta circa loca. P Primū. decl'o. Scd̄m. decl'o. Q Ca. ix. Vl'es loci. R Cap. x. Tertiū. decl'o. S Quartū decl'o.

UVA. BHSC. IyR_118_1

delectatio quedam vtilis. ¶ In corruptiuis autem ⁊ generationi-
Quitu3 decl'o. bus ⁊ corruptionibus similiter. ¶ Nam si aliquid corruptiuum de-
lectationis vel discipline bonum esse: quedam delectatio ⁊ discipli-
nat esset malorum. Similiter autem ⁊ si corruptio quedam discipli-
ne bonorum est ⁊ generatio malorum: erit quedam scientia malorũ.
T Ut si obliuisci que quis fede egit bonorum ⁊ reminisci malorum est
Sextu3 ⁊ erit sentire que quis fede egit malorum. Simil'r aũt ⁊ in alijs: in om-
nibus enim similiter opinabile est. ¶ Amplius ex magis ⁊ minus ⁊
decl'o. similiter. Si enim magis quidem ex his que sunt ex alio genere ali-
quid tale: illorum autem nihil est neq; quod dictum erit tale. ¶ Ut
si magis quidem disciplina quedam bonum q̃ voluptas: nulla autẽ
disciplina bonum: neq; voluptas bonum erit. Et ex sil'r aũt ⁊ minus
eodem modo. erit enim ⁊ interimere ⁊ cõstruere: sed ex sil'r quidem
vtrumq; ex minus aũt construere / destruere aũt non. Si enim simili-
ter quedam ptãs bonum ⁊ disciplina / est quedam ptãs: ergo et di-
sciplina. Si autem nulla potestas nec disciplina. Si aũt minus que-
dam potestas bonum q̃ disciplina: est autem quedam potestas bo-
num: ergo ⁊ disciplina. Si autem nulla potestas bonum non necesse
⁊ scientiam nullam esse bonam. Manifestum ergo quoniaz cõstrue-
Septi mum decl'o. re tantum ex minimis est. ¶ Non tantum autem ex alio genere est
destruere: sed ex eodem sumenti quod maxime tale. ¶ Ut si positu3
Octauũ disciplina quedam bonum si ostendatur: quoniam prudentia nõ bo-
num nec aliqua vlla erit: quia nec que maxime videtur. ¶ Amplius
decl'o. ex hypothesi similiter probantem si vni et omni inesse vel non inesse
U ¶ Ut si anima hominis est immortalis ⁊ alias immortalis. si autem
hec non: nec alias. Si igitur alicui inesse positum est ostendendum:
quoniam non inest alicui. consequetur enim propter hypothesim nul-
li inesse. Si autem alicui non inesse positum est: ostendendum quo-
niam inest. alicui: nam ⁊ sic cõsequitur omnibus inesse. Palã ergo est
qm̃ que hypothesi vtitur facit problema vl'e particulariter positum
x quodãmodo. Nam particulariter existimantẽ vl'r existimat confiteri
Cap. xj eo q̃ si vni ⁊ omni similiter existimat inesse. ¶ Cum autem indiffini-
Nonũ, tum est problema solum vno modo destruere contingit. ¶ Ut si po-
decl'o. suit quis voluptatem bonum: vel non bonum esse nihil aliud deter-
minans. Si enim dixerit aliquam voluptatem bonum esse: oñdendũ
quoniam nulla voluptas bonum vniuersaliter: si debeat interimi ꝓ
positum. Similiter autem ⁊ si dixerit aliquam voluptatem non esse
bonum: ostendendum vniuersaliter quoniam omnis si debeat interi-
mi propositum: aliter vero non contingit interimere. Si enim osten-
derimus: quoniam quedam voluptas bonum: ⁊ non bonum: non-
decimũ, dum interimitur propositum. Palam igitur quoniam interimere q̃-
decl'o dem vno modo contingit. ¶ Construere autem dupliciter: siue em̃
vniuersaliter ostenderimus: quoniam voluptas omnis bonum: siue

UVA. BHSC. IyR_118_1

qm̄ est q̄dā voluptas bonū. ostēsum erit qd̄ propositū est. ¶ Similiter autē ⁊ si opporteat disputare: qm̄ quedā voluptas non est bonum: si ostenderimus ꝙ nulla bonum. vel qm̄ quedam non bonum: ostēdētes erimus vtroq; modo: ⁊ vniuersaliter ⁊ particulariter: qm̄ est quedam voluptas non bonum. ¶ Cū autem fuerit determinata positio dupliciter interimere erit. ¶ Ut si ponat̄ alicui quidez inesse voluptati bonum: alicui aūt nō inesse. Siue em̄ voluptas omnis ostendit̄ bonū siue nulla: interemptū erit ꝓpositū. ¶ Si aūt vnā voluptatē tātū posuerit bonū esse tripliciter ꝯtigit interimere. ¶ Ostēdentes eniz qm̄ oīs voluptas bonū: vel qm̄ nulla: vel qm̄ plures q̄ vna interimentes erimus qd̄ ꝓpositum est. ¶ In plus vero positione determinata: (vt qm̄ prudentia sola est virtutū scientia) quadrupliciter est interimere. ¶ Ostēso em̄ qm̄ virtus omnis est scīa vel qm̄ nulla: vel quoniā aliqua alia virtus: vt iustitia: vel qm̄ eadez prudētia: n̄ scīa iterēptū erit ꝓpositū. ¶ Utile aūt est ⁊ īspicere singularia ī q̄bus inesse aliqd̄ vel nō dictū est: quēadmodū in vniuersalibus problematibus. ¶ Amplius autem ⁊ in generibus inspicienti diuidendum ꝑm species vsq; ad indiuidua: sicut prius dictum est. ¶ Nā siue omni videatur inesse: siue nulli multa proferenti existimādum vniuersaliter confiteri: aut ferre instantiam in aliquo non sic. ¶ Amplius in quibus pol'e est aut specie / aut numero / determinare accidens: ꝑspiciēduz si nullū horum inest. ¶ Ut quoniā tempus non mouetur: nec est motus: annumeranti quot sunt species motuum. nam si nihil horum inest tempori: manifestū qm̄ non mouetur: neq; est motus Similiter autem ⁊ qm̄ aīa non est numerus: diuidenti quoniam omnis numerus aut abundans / aut perfectus. Nam si anima neq; abundans neq; perfectum: palam quoniam non est numerus. Ergo ad accdens per huiusmodi: ⁊ sic argumentandum.

vndecimum
duodecimum
x
decl'o
decimū tertium
decl'o
y
decimū q̄rtum.
decl'o
decimū q̄ntum.
decimū sextum.
decl'o.
decimū septimū
decl'o
z

¶ Tertij Topicorum Aristotelis Finis.

Topicorum Aristotelis Liber quartus

¶ De quo discutiendum: ⁊ problematum generis loci decem.

Capitulum Primum.



Post hec autem de his que ad genus ⁊ ad propriū perspiciendum. Sunt autem hec elementa horum que ad diffinitiones. Et de his ipsis raro considerationes fiunt disputantibus. ¶ Si ergo ponatur genus alicuius existentium primum quidem inspiciendum ad omnia que cognata sunt ei quod dicitur / si de aliquo non predicetur: quemadmodum est in accidente. ¶ Uelut si voluptatis bonum ponatur genus: si aliqua voluptas non bonum. Nam si hoc: palam qm̄ non genus bonum voluptatis. Nam genus de omnibus que sunt

Primus locus.
decl'o

UVA. BHSC. IyR_118_1

sub ipso speciebus predicatur. ¶Deinde si non in eo quod quid est
2. locus Dec'o. predicatur: sed vt accidens. ¶Velut albū de niue: z de anima mobi
le per se: neq; enim nix quod albū. Quapropter non est genus albuz
niuis: neq; anima quod mobile. Accidit enim moueri et quemadmo
dū et in animali frequenter et ambulare z ambulans esse. Amplius
mobile non quid est: (sz q̄d faciēs/vel patiens) significare videtur:
Similiter autē z albuz. non em̄ quid est nix: sed quale quid indicat.
2. locus. dec'o. Quare neutrū horū in eo q̄ quid est predicatur. ¶Maxime autez
A accidentis diffinitione inspiciendum si aptatur ad dictum genus.
¶Ut ad que nunc dicta sunt. Contingit enim quid moueri idē se
ipsum z non similiter z albū esse: z non esse. Quare neutruz horum
genus: sed accidens: eo q̄ accidens diximus quod contingit eidem
alicui inesse et non. ¶Amplius si non in eadem diuisione genus est
z spēs. sed hec quidem substantia: illud aūt quale. aut hoc quidem
4. locus dec'o. ad aliquid illud aūt quale. ¶Ut nix quidē z cygnus substantia: al
bū autē non substantia sed quale. quare non est genus album niuis
neq; cygni. Rursum disciplina quidē ad aliquid: bonum autē z pul
chrum quale. Quare non est genus bonū z pulchrū discipline: nā eo
rū que sunt ad aliquid genera z ipsa ad aliquid oportet esse: vt in du
plici etenim multiplex est genus dupli z ipsum eorū que sunt ad ali
quid est. Aliuer̄ aliter autē dicendū sub eadē diuisione oportet ge
nus esse ipēi. nā si species substantia z genus: z si quale species z ge
5. locus. dec'o. nus quale quid: vt si albū quale quid z color. similiter autē z in alijs
B ¶Rursum si necesse est vel contingit genus participare q̄ posituz
est in genere. ¶Diffō aūt eius quod est participare: est suscipere par
ticipati rationē. Manifestuz ergo q̄m species quidē participant sua
genera: genera aūt spēs nō. naz spēs suscipit gñs rōnē: genus autē
spēi nō. Considerandū ergo si contingit assignatū genus participa
re speciē: vt si aliquis genus entis vel vnius assignauerit quid. Acci
6. locus dec'o. dit em̄ genus participare spēm. nā de oībus que sunt ens z vnum p̄
dicatur: quare z ratio eorū. ¶Amplius si de aliquo assignata speci
es vera est: genus autem non. ¶Ut si ens aut scibile opinabilis ge
nus ponatur. nam de non ente opinabile predicatur: multa enim nō
entia opinabilia sunt: quoniam autem ens vel scibile non predicatur
de non ente manifestū est: quare nō est ens genus neq; scibile opina
bilis: de quibus em̄ species p̄dicatur z genus eoz predicari. ¶Rur
sum si nullā spēm̄ pringit participare q̄ positū est in genere. ¶Hā im
7. locus po'e est participare gen⁹ q̄ nullā spēm̄ participat: nisi aliqua ēm primā
diuisionē spērū sit. Hec aūt tm̄ gen⁹ participāt. Si ḡ motus genus vo
luptatis ponat: cōsiderandū si neq; corruptio neq; alteratio voluptas
Dec'o. neq; vilus reliquorum qui assignari solent motuum. Manifestum
enim quoniā nullā spēm̄ participabit: quare nec genus eo q̄ necessa
rium q̄ genus participat et specierum aliquam participare. Quare

UVA. BHSC. IyR_118_1

non erit species motus voluptas: nec indiuiduorum aliquid que sub specie motus sunt. Nā ⁊ indiuidua participat ⁊ speciē ⁊ genus: vt aliquis homo ⁊ hominem participat ⁊ animal. ¶ Amplius si de pluribus dicitur q̄ genus qd̄ in gñe positū est. ¶ Ut opinabile q̄ ens. Nam ens opinabile. Quare nō erit opinabile spēs enti: de pluribus enim semper genus q̄ spēs predicatur. ¶ Rursus si genus de equalibus ⁊ spēs dicātur. ¶ Ut si eoꝝ q̄ omnia sequuntur hoc quidem spēs: illud aūt genus ponatur velut ens ⁊ vnū. Omnia enim ens ⁊ vnum Quare neutrum neutri genus: eo ꝙ de equalibus dicant. Similiter autem ⁊ si primum ⁊ principium ad se inuicē ponuntur. nam ⁊ principium est primum: ⁊ primum est principium: quare aut vtraque dicta sunt idem: aut neutrum neutri genus. Elementum autem est ad omnia hmōi: quod de pluribus genus q̄ species ⁊ q̄ dr̄ia dr̄. de paucioribus autem dr̄ia q̄ genus. ¶ Uidendum aūt ⁊ si alicuius eoꝝ que non differunt spē / sz numero non est genus qm̄ dictum est vel non videatur. ¶ Construenti aūt si est alicuius. Idem enim ōnium que non differūt spē genus. Si vero vnius monstretur manifestum est qm̄ omnium: ⁊ si vnius non: manifestū est qm̄ nullius. Ut si quis insecabiles ponat lineas: indiuisibile earum dicat genus esse. nam linearum habentium diuisionē non est quod dictum est genus: cum sint indifferentes secundum speciem. Indifferentes enim secundum speciem sibijnuicem omnes recte linee.

C 8. locus Declaratio. 9. locus Declaratio 10. loc⁹. Decl'o.

¶ De genere loci alij. Cap. ij.

Considerandum autem ⁊ si quid aliud genus est assignare speciei: quod neq̄ continet assignatū genus / neq̄ sub illo est. ¶ Ut si q̄s ponat sciētiam iustitie genus. est enim virtus genus: ⁊ neutrū genus continet reliquum. Quare non erit scia genus iustitie: vr̄ enim qñ vna spēs sub duobus generibus cōtinet alterū sub altero ꝯtineri. ¶ Habet em̄ dubitationem in q̄busdā qd̄ hmōi est: vr̄ enim q̄sbusdā prudentia et virtus et scientia esse et neutrum generum a neutro contineri: non tamen ab omnibus conceditur prudentiam scientiā esse. ¶ Si igitur quis admittat quod dictum est verum esse: attamen subalterna vel sub eodem ambo fieri que eisdem genera sunt necessarium videbitur esse: quēadmoduz in virtute et scientia. Utraq̄ enim sub eodem genere sunt. nam vtrunq̄ horum habitus et dispositio est. ¶ Considerandum ergo si neutrum est in assignato genere. ¶ Si enim neq̄ sunt subalterna genera: neq̄ sub eodem ambo: non erit quod assignatum est genus. ¶ Considerandum autem et genus assignati generis: et sic semper superius genus: si omnia predicantur de specie: et si in eo quod quid est predicantur. ¶ Nam omne superius genus predicari oportet de specie in eo quod quid

11. loc⁹. Decl'o. dubitatio. Dilutio 12. loc⁹. Decl'o. 13. locus Decl'o. A

UVA. BHSC. IyR_118_1

est. Si ergo alicubi dissonet: palā qm̄ nō est genus: qđ assignatū est.
14. loc⁹ ¶ Rursum si gen⁹ ꝑticipat speciē vel ip̄m vel aliqđ supioꝝ generꝝ.
Decl'o. ¶ Nā nullū supioꝝ ꝑticipat qđ inferi⁹ ē. Destruēti igit̄ quēadmodū dictū est vtēdū. Astruenti aūt cōfiteat̄ q̄dē inesse spēi qđ dictū est genus: aut ꝙ vt genus inest dubitetur: sufficit ostendere aliqđ superiorum generū. in eo qđ quid est de specie p̄dicari. Uno em̄ in eo qđ q̄d est predicari ostēso oīa ⁊ supiora huius ⁊ inferiora si p̄dicant̄ de specie: in eo qđ quid est p̄dicabūtur. Quare ⁊ assignatū genus in eo qđ q̄d est p̄dicabitur. Qm̄ aūt vno in eo qđ quid est p̄dicando oīa etiā reliqua si p̄dicantur in eo qđ quid est predicabunt̄: per inductionem sumendū. Si aūt simpliciter inesse ad signatū genus dubitetur non sufficit ostēdere ꝙ aliud superiorum generū in eo qđ quid est predicatur de specie. Ut si ambulationis assignetur latio genus non sufficit ostendere: qm̄ motus est ambulatio ad ostendēdū qm̄ latio: eo ꝙ alij motus sunt. Sed ostendendū qm̄ nullū participat ambulatio eorum q̄ sunt ꝑm eandē diuisionē: nisi lationē. Nā necesse est ꝙ gen⁹ ꝑticipat ⁊ specieꝝ aliquā ꝑticipare ꝑm primā diuisionē. Si ergo ambulatio: neq; augmentū neq; diminutionē neq; alios motus participat: manifestum est qm̄ lationē participabit. Quare erit genus latio
15. loc⁹. ambulationis. ¶ Rursus de quibus spēs q̄ est posita vt genus p̄dicatur: considerandū est si ⁊ assignatū genus in eo qđ quid est predicatur de eisdē ipsis de quib⁹ spēs. Sil'r aūt ⁊ si oīa q̄ supra gen⁹ sunt.
Decl'o. ¶ Nam si alicubi dissonat: palā qm̄ non est genus quod assignatuꝫ est. Si enim esset genus oīa superiora ⁊ hoc ip̄m in eo qđ q̄d est predicarentur: de quibus species in eo qđ quid est predicatur. Destruenti autem vtile est si non predicatur in eo qđ quid est genus: de quib⁹ ⁊ species predicatur. Construenti aūt si p̄dicatur in eo qđ quid est vtile est. Accidit enim genus ⁊ speciem de eodem in eo qđ quid est predicari: quare ⁊ ip̄m sub duobus generibus fit necesse est. ergo ⁊ genera subalterna esse: si ergo ostendatur genus qđ volumus construere
16. loc⁹. non esse sub specie: palam qm̄ species sub hoc erit: quare ostensum erit: qm̄ genus hoc. ¶ Considerande autem ⁊ rationes generum si appropriantur ad assignatam speciem et ad participantia speciem.
Decl'o. ¶ Necesse est enim generū rōnes de specie predicari de his que speciem participant. Si ergo in aliquo dissonet: palam quoniam nō est
Ca. iii. genus quod assignatum est. ¶ Rursum si differentiam ⁊ genus assi
17. loc⁹. gnauit. ¶ Ut immortale genus dei: nam differentia est animalis im
Decl'o. mortale: eo ꝙ animalium alia mortalia / alia immortalia. Palā ergo quoniam peccauit: nullius enim differētia est genus. Quoniam autem hoc est verum: manifestum. Nulla enim differentia significat q̄d
18. loc⁹. decl'o. est: sed magis quale quid. vt gressibile ⁊ bipes. ¶ Et si differentiam in genus posuit. ¶ Ut imparem quidem numerum. Differentia em̄ numeri impar / ⁊ non species est: nec videtur participare differentia

genus.

UVA. BHSC. IyR_118_1

genus.nã omne qđ participat genus vel species vel indiuiduum est.
Palam ergo qm̃ non ꝑticipat genꝰ differẽtia: quare nec impar spe-
cies erit:sꝫ dr̃ia:qm̃ non participat genus idipsuꝫ. ¶ Amplius si ge 19.locꝰ.
nus in specie posuit. ¶ Ut contiguitatem qđ est continuitatem: aut decl'o.
mixturã qđ temperãtiã:aut(vt plato diffiniuit)lationem ꝑm locum B
mutationẽ.nõ em̃ necessariũ est cõtiguitatem cõtinuationẽ esse: sed
ecõtrario cõtiguitatẽ cõtinuitatẽ.nõ em̃ oẽ quod est cõtiguum con-
tinuatur:sed omne quod continuatur contiguum est:similiter autez
ꝛ in ceteris. Nam neqꝫ mixtura omnium temperentia.nam siccorum
mixtura temperantia non est:neqꝫ ꝑm locum mutatio omnis latio.
Nam ambulatio latio non videtur esse:pene enim in his que inuo- C
luntarie permutant ex loco locum latio dicitur:quemadmodum ac-
cit in animatis. Palam autem quoniam de pluribus dicitur species
q̃ꝫ genus in assignatis cum oporteat econtrario fieri. ¶ Rursum si 20.locꝰ.
differentiam in spectie posuit. ¶ Ut immortale quod deum. Accidit Decl'o.
enim de equalibus aut pluribus q̃ꝫ differentia speciem dici. Nã diffe
rentia semper de equis aut pluribus q̃ꝫ species dicitur. ¶ Ampli- 21.locꝰ.
us si genus vt differentiam posuit. ¶ Ut colorem quod congrega- Decl'o.
tiuum:aut numerum quod impar. ¶ Et si genus vt differentiam di 22.locꝰ.
xit. ¶ Possibile enim aliquam ꝛ huiusmodi afferre aut suscipere ra decl'o.
tionem:vt teperantie mixturam differentiam lationis ꝑm locum mu
tationem. Perspiciendum autem om̃ia huiusmodi per eandem con-
siderationem. Communicant enim loci:de pluribus enim genus q̃ꝫ E
differentiam oportet dici:ꝛ non percipere differentiam.si autem assi
gnato neutrum eorum que dicta sunt possibile est accidere. Nã ꝛ de
paucioribus dicetur:ꝛ participabit genus differentiam. ¶ Rursum 23.locꝰ.
si nulla differentia generis predicatur de assignata specie:neqꝫ genꝰ Decl'o.
predicabitur. ¶ Ut de anima:neqꝫ impar neqꝫ par ꝑdicabitur:qua-
re neqꝫ numerus. ¶ Amplius si prior est natura species et simul in- C. iiij.
terimit genus:tunc male assignatum est genus. ¶ Uidetur enim cõ 24.locꝰ.
trarium. ¶ Amplius si contingit relinquere dictum genus vel diffe decl'o.
rentiam:vt animam moueri opinionem:verum vel falsuꝫ. Neutrum 25.locꝰ.
erit dictorum genus vel differentia. ¶ Uidetur enim differentia seq̃ decl'o.
ꝛ genus:donec sit species.

¶ De genere loci alij. Cap.iij.

Intendendum autem ꝛ si quod in genere positum est, par- 26.locꝰ.
ticipat aliquod contrariũ generi:aut si contingit participa
re. ¶ Nam idem simul contraria participabit:eo ꝙ genus decl'o.
quidem nunq̃ꝫ relinquit.participat autem ꝛ contrarium:
aut contingit participare. ¶ Amplius si quippiam cõmunicat spe- 27.locꝰ
cies qđ impossibile est omnino inesse,his qui sub genere sunt. ¶ Ut decl'o.
si anima vite cõmunicat:numerorum autem nullum possibile est vi- A
uere:non erit species numeri anima. ¶ Considerandum autem ꝛ si 28.locꝰ.

UVA. BHSC. IyR_118_1

A equiuoca sit species generi: elementis autem vtendũ que dicta sunt
decl'o ad equiuocũ. ¶ Uniuocũ enim genus ⁊ spẽs. ¶ Qm̃ aũt oĩs gene-
29. loc⁹ ris plures spẽs: ꝑspiciendũ si nõ cõtingit alterã spẽm este dicti gene
decl'o. ris. ¶ Nã si nõ: manifestũ qm̃ nõ erit verũ gen⁹ qđ dictũ est. ¶ Con
30. loc⁹. siderandũ aũt ⁊ si genus trãslatitie dictũ est: neqꝫ em̃ genus assigna
decl'o uit. ¶ Ut temperantiã cõsonantiã. Nam omne genus de suis spẽb⁹
B ꝑdicatur ꝓprie. Cõsonantia ꝟo de tẽperãtia nõ ꝓprie: sed trãslatitie:
Ca. v. oĩs em̃ cõsonantia in sonis est. ¶ Amplius si ꝯtrariũ aliq̃d spẽi cõsi
31. loc⁹. derandũ. ¶ Est aũt multiplex ꝯsideratio. Primũ q̃dẽ si in eodẽ gñe
decl'o. ⁊ eius ꝯ̃riũ cũ nõ sit ꝯ̃riũ generi. Opꝫ em̃ ꝯtraria in eodẽ gñe esse: si
32. loc⁹. nihil sit ꝯtrariũ generi. ¶ Cũ autẽ est ꝯtrariũ generi cõsiderandũ si
decl'o. cõtrariũ in ꝯtrario. ¶ Necesse est em̃ cõtrariũ in ꝯtrario esse: sed si cõ
33. loc⁹. trariũ generi palam est vnũqđq̃ eoꝝ per inductionẽ. ¶ Rursum si
oĩno in nullo gñe qũo speciei est contrariũ: sed est ip̃m genus. ¶ Ut
bonũ. Nã si hoc nõ in genere: nec cõtrariũ in genere erit: sed ip̃m ge-
nus vt in bono / ⁊ malo accidet: neutrũ em̃ hoꝝ in genere: sed vtrũqꝫ
34. loc⁹ hoꝝ genus. ¶ Deinde ꝯsiderandũ si cõtrariũ est alicui ⁊ gen⁹ ⁊ spe
decl'o. cies: ⁊ hoꝝ quidem est mediũ: illoꝝ autem nõ. ¶ Nam si generũ est
medium: ⁊ specierum. ⁊ si specierum ⁊ generum: vt in virtute ⁊ vitio /
instãtia iniustitia ⁊ iustitia: vtrorũqꝫ em̃ aliqđ mediũ ẽ. ¶ Instantia huius:
35. loc⁹. qm̃ sanitatis ⁊ egritudinis nihil est mediũ. Boni autẽ ⁊ mali aliquid
mediũ. ¶ Amplius si est quidem aliquod vtrisqꝫ medium gñibus et
spẽbus: nõ similiter aũt / sꝫ horũ quidẽ ꝟm negationẽ: illoꝝ vero vt
decl'o. subiectũ. ¶ Probabile em̃ est qđ vtrisqꝫ simul est: vt in virtute et vi-
36. loc⁹. tio: ⁊ iustitia ⁊ iniustitia: vtrisqꝫ em̃ ꝟm negationẽ mediũ. ¶ Ampli⁹
decl'o. qñ nõ est ꝯtrariũ generi: cõsiderandũ nõ tm̃ si cõtrariũ in eodẽ gene-
instãtia re: sed etiã mediũ. ¶ In quo enim extrema ⁊ medium: vt in albo et
nigro: nam color genus ⁊ medioꝝ ⁊ colorum. ¶ Instantia qm̃ qui-
dem egestas ⁊ superabundantia in eodem genere. In malo em̃ am-
bo. mediocre autẽ cum sit mediũ horum non in malo: sed in bono est
37. loc⁹. ¶ Considerandũ aũt si genus quidẽ cõtrariũ est alicui: spẽs autem
decl'o. nulli. ¶ Nam si genus est cõtrariũ alicui ⁊ species: quẽadmodũ vir-
instãtia tus ⁊ vitiũ ⁊ iustitia. Similiter aũt ⁊ in alijs cõsideranti manifestum
videtur esse. ¶ Instantia in sanitate ⁊ egritudine. Simpl'r em̃ sani-
C tas egritudini cõtraria est. Quedã em̃ egritudo cũ sit spẽs egritudi
nis nulli cõtrariũ: vt febris ⁊ obthalmia: ⁊ vnũqđqꝫ alioꝝ. Interimẽ
38. loc⁹. ti ergo tot modis ꝑspiciendũ. Si em̃ nõ insunt que dicta sunt: palam
qm̃ nõ est gen⁹ qđ assignatũ est. ¶ Cõstruẽti vero tripl'r. Primũ qui
decl'o. dẽ si contrariũ spẽi sit in dicto genere: cũ non sit contrarium generi.
¶ Nam si contrarium in hoc manifestũ qm̃ ⁊ qđ ꝓpositũ est. ¶ Am
39. loc⁹. plius si medium in dicto genere. ¶ Nam in quo medium ⁊ extrema.
decl'o. ¶ Rursum si sit cõtrarium quiddã generi: considerãdum si ꝯtrariũ
40. loc⁹ ¶ Nam si sic: palam qm̃ propositum in proposito.
decl'o.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ De genere loci alij. Cap.iiij.

Rursum in casib⁹ ⁊ cõiugatis silr sequuntur interimẽti ⁊ cõ- Ca.vi.
struenti. ¶ Simul em̃ vni ⁊ oibus insunt vel non insunt: vt 41.loc⁹.
si iustitia disciplina quedã: ⁊ qd̃ fit iuste ⁊ disciplinate: ⁊ iu- decl'o.
stus ⁊ disciplinat⁹. Si aũt hoꝝ aliq̃d non inest: nec reliquo-
rum vllũ. ¶ Rursus in his que silr se hñt adinuicẽ. ¶ Ut si similiter 42.loc⁹
se hz suaue ad voluptatem: ⁊ vtile ad bonum. Utrũq; em̃ vtrisq; effe decl'o.
ctiuũ. Si ergo voluptas q̃d bonũ: ⁊ suaue quid vtile erit. manifestuz
qm̃ boni erit effectiuum: eo ꝙ voluptas bonum. ¶ Silr aũt ⁊ in gña 43.loc⁹.
tionibus ⁊ corruptionib⁹. ¶ Ut si edificari est opari: edificasse est ope decl'o.
ratum fuisse. ⁊ si discere est reminisci: ⁊ didicisse est recordatum esse. ⁊
si dissolui est corrumpi: ⁊ dissolutũ esse est corruptuz esse: ⁊ dissolutio
est corruptio quedam. ¶ Et in gñatiuis ⁊ corruptiuis: similiter ⁊ in 44.loc.
potentijs ⁊ vsibus. ⁊ omnino ꝑm quãlibet similitudinẽ: ⁊ interimen
ti ⁊ construenti: perspiciendum quẽadmodum in generatione ⁊ cor-
ruptione diximus. ¶ Nam si corruptiuum dissolutiuum. ⁊ corrumpi decl'o.
dissolui: ⁊ si generatiuum est effectiuum: ⁊ generari fieri: ⁊ generatio
factio. silr aũt ⁊ in potentijs ⁊ vsibus. Et omnino si potentia dispos
tio ⁊ posse disponi: et si alicuius vsus actus: ⁊ vti agere et vsum esse
egisse. ¶ Si autem priuatio fit quod oppositu; est speciei duob⁹ mo Ca.vii
dis est interimere. Primũ quidez si assignato genere est oppositum. 45.loc⁹
¶ Aut enim in nullo genere simplr priuatio: aut non in vltimo: vt si 46.loc⁹
visus in vltimo genere est sensus cecitas non erit sensus. Scd̃o aũt
⁊ si generi ⁊ spẽi opponitur priuatio: nõ est aũt oppositũ in opposito:
nec quod assignatum est in assignato erit. ¶ Interimẽti igit̃ quẽad
modum dictũ est vtendũ. ¶ Cõstruẽti aũt vno mõ: nã si oppositum 47.loc⁹
in opposito ⁊ ꝓpositũ in ꝓposito erit: vt si cecitas insensibilitas que-
dã: ⁊ visus sensus. ¶ Rursum in negationibus cõsiderandũ ecõtra- C.viij.
rio: quẽadmodũ in accidente dicebatur. ¶ Ut si suaue qd̃ bonũ: non 48.loc⁹
suaue qd̃ non bonũ. Nã si nõ ita se hz: erit ꝯtra nõ bonũ suaue. At im decl'o.
possibile est si bonũ est gen⁹ suauis esse aliq̃d nõ bonũ suaue: nã de q̃
bus gen⁹ nõ predicat̃ / nec specierũ vlla. Et aũt ꝯstruẽti similiter ꝑspi
ciendũ: nã si nõ bonum non suaue ⁊ suaue bonum. Quare gen⁹ erit
bonum suauis. ¶ Si autẽ ad aliquid sit spẽs: cõsiderandũ si ⁊ gen⁹ Ca.ix.
ad aliquid est. ¶ Nam si species ad aliquid ⁊ genus velut in dupli 49.loc⁹
ci ⁊ multiplici. vtrũq; enim ad aliquid. ¶ Si aũt genus ad aliq̃d nõ decl'o.
necessario est ⁊ spẽs ad aliq̃d. ¶ Nã disciplina ad aliquid est: gram 50.loc⁹.
matica aũt nõ. Aut nec qd̃ prius dictũ est verũ videbit̃. nã virt⁹ ip̃m decl'o.
qd̃ bonũ ⁊ ip̃m qd̃ pulchrũ: ⁊ ꝟtus quidẽ ad aliq̃d: bonũ vero ⁊ pul
chrũ nõ ad aliquid sed qualia. ¶ Rursum si nõ ad idẽ dicit̃ species
⁊ ꝑm se ⁊ ꝑm genus. ¶ Ut si duplũ dimidij dicitur duplum: ⁊ multi 61. loc⁹
plex dimidij opz dici. Si autem nõ: non erit multiplex genus dupli. decl'o.
¶ Amplius si nõ ad idem: ⁊ ꝑm genus dicitur: ⁊ ꝑm omnia genera. 62.loc⁹.

UVA. BHSC. IyR_118_1

Decl'o. ¶ Nā si duplex dimidij multiplex. ⁊ abūdans dimidij dicere. ⁊ simpliciter ꝑm oīa superiora genera ad dimidiū dicere. ¶ Instātia: qm̄ nō necesse est ꝑm se / ⁊ ꝑm genus ad idē dici. naz scīa scibilis dicitur. Habitus aūt ⁊ dispō nō scibilis sz aīe. Rursum si similiter dr̄ gen⁹ ⁊ spēs ꝑm cas⁹. ¶ Ut si alicui ⁊ alicui⁹ aut q̊libet mō aliter dr̄: nā vt species ⁊ genus velut in duplo et superioribus. Alicui⁹ enim et duplū ⁊ multiplex. Similiter aūt et in scīa. Alicuius enim ⁊ hec ⁊ genera vt dispō et habit⁹. ¶ Instātia aūt qd̄ aliquotiēs nō sic: nā differens ⁊ cōtrariū alicui: diuersuz aūt cū sit gen⁹ hoꝝ nō alicui / sz ab aliquo: diuersum. n. ab aliquo dr̄. ¶ Rursuz si simil'r ad aliq̊d ꝑm casus dicta nō similiter cōuertunt̄. ¶ Velut in duplo / ⁊ multiplici: vtrūqz enim horū alicuius: ⁊ ꝑm idē: ⁊ ꝑm cōuersionē dicit̄. Alicuius eniz ⁊ dimidiū ⁊ submultiplex. Simil'r aūt ⁊ in disciplina ⁊ opinione. nā et hec alicuius: ⁊ cōuertitur: simil'r ⁊ opinabile disciplinatū esse alicuius: ergo si nō in quibusdā: simil'r cōuertitur: palā qm̄ nō est genus alterū alterius. ¶ Amplius si nō ad equalia dicit̄ gen⁹ ⁊ spēs. ¶ Similiter aūt et equal'r videt̄ dici vtrūqz: quēadmodū in dono: ⁊ donatiōe nā ⁊ donū ⁊ alicuius ⁊ alicui dr̄: ⁊ datio / ⁊ alicuius et alicui dr̄. Est em̄ datio genus doni: nā donū est datio irreddibilis. ¶ In aliquib⁹ autem non accidit ad equalia dici: nam duplum alicuius duplum. Abundans autem ⁊ maius aliquo ⁊ ꝑm quid. Omne enim abundans et maius aliquo ⁊ aliquid abundat: quare non sunt genera que dicta sunt dupli: eo quod non ad equalia speciei dn̄r: aut non vl'r verū ad equalia gen⁹ spēm dici. ¶ Uidendū est aūt ⁊ si oppositi est oppositum gen⁹. ¶ Ut multiplex dupli: ⁊ dimidij submultiplex. Opz em̄ oppositū oppositi esse genus: si ergo ponat aliq̊s scīam id ipsum qd̄ est sensum oportebit ⁊ scibile ⁊ sensibile esse: sed non est: nō enim opz esse scibile sensibile. Nam intelligibiliū quedā scibilia. quare nō est gen⁹ sensibile scibilis: si aūt hoc neqz sensus sciētie. ¶ Qm̄ aūt eorū que ad aliq̊d dicunt̄: alia quidez sunt ex necessitate in illis: aut circa illa sunt ad que dicunt̄: (vt dispositio ⁊ habit⁹ ⁊ mediocritas. In alio em̄ nullo pol'e est esse ea que dicta sunt: nisi in illis ad q̄ dicta sunt:) alia aūt nō necesse est q̊dē in illis esse ad que dicūtur: cōtingit aūt vt scibile est ī aīa. nihil em̄ ꝓhibet sui scīam hr̄e aīam: non necessariū aūt. Pol'e est aūt esse ⁊ in alio hāc eadē. Alia vero simpl'r nō cōtingit in illis esse ad que dicta sunt: vt cōtrariū in cōtrario: neqz scientiā in scibili nisi sit scibile hō vel aīa. Cōsiderare aūt opz si aliquis in genere ponat ⁊ hmōi qd̄ est nō hmōi. ¶ Ut si memoriā mansionē scīe dixit. Oīs em̄ mansio in manēte: ⁊ circa illud est. Quare ⁊ scīe māsio in scīa. ergo memoria ī scīa: qm̄ māsio est scīe. Hoc aūt nō cōtingit. Memoria em̄ oīs in aīa est. Est aūt qui dict⁹ est locus ⁊ ad accidens cōis. Nihil em̄ differt memorie māsionē gen⁹ dicere aut cōfiteri accidere hoc. Nā si quolibet modo est memoria mansio sciētie:

Instantia. 53. loc⁹ Decl'o. Instantia. 54. loc⁹ Decl'o. 55. loc⁹. Decl'o. Instantia. 56. loc⁹ Decl'o. 57. loc⁹ Decl'o.

UVA. BHSC. IyR_118_1

eadem aptabitur de ea ratio.

¶ De eadem loci alij Capi.v. 58.loc. Decio.

ius ad aliq̄d dicti / nō ad finē assignault. ¶ Finis aūt i qnoquoq; est dect'o.

UVA. BHSC. IyR_118_1

qđ optimũ: aut cuius gratia alia. Dicendum ergo aut optimũ aut vl
timũ: vt ꝯcupiscẽtia nõ delectabilis: sꝫ delectabilis. nã ꝑꝑ hãc ⁊ de
59. loc⁹. decl'o. lectabile eligimus. ¶ Considerandũ aũt ⁊ si generatio est ad quam
assignauit / vel actus. ¶ Nihil em̃ taliũ finis: nã, magis egisse ⁊ gene
Dubitatio. rasse finis / q̃ꝫ fieri ⁊ agere. ¶ An non in oĩbus verũ hmõi: pene em̃
60. loc⁹ plurimi delectari magis volunt / q̃ꝫ quieuisse delectari: quare agere
magis finẽ faciet q̃ꝫ egisse. ¶ Rursum in quibusdam si non determi
Decl'o. nauit qualis / vel quanti / vel vbi: vel ꝑm alias dr̃ias. ¶ Ut ambitio-
C sus ⁊ qualis ⁊ quãti appetens est honoris: nã oẽs appetunt hono-
rem: quare nõ sufficit ambitiosum dicere q̃ appetit honorẽ: sꝫ adden
dũ dictas differẽtias. Sil'r aũt ⁊ auarus quãtas appetit pecunias:
D aut luxuriosus circa quales voluptates: non em̃ qui a qualibet vo-
luptate retinetur luxuriosus d'r: sed qui circa aliquas: aut rursum si
diffiniuit noctẽ in vbrã terre: aut succussionẽ motũ terre: aut nubem
densitatez aeris: aut ventũ motũ aeris. addendũ em̃ quanti / vl' qua
lis / aut vbi / ⁊ a quo. Sil'r aũt ⁊ in alijs talib⁹ relinquẽs differentiam
quãlibet: nõ indicat q̃d est esse. Opꝫ aũt sꝑ ad indigẽs conari. Non
E em̃ quolibet mõ terra mota: neqꝫ quantacunqꝫ motio succussio erit.
Sil'r aũt neqꝫ aere quolibet moto: neqꝫ quãtocũqꝫ motu: vẽtus erit.
61. loc⁹. decl'o. ¶ Amplius in appetitibus si nõ appositũ est qđ videt̃ ⁊ in quantis
alijs cõuenit. ¶ Ut qm̃ voluptas appetitus boni: cõcupiscentia aũt
F appetitus delectatiõis: sꝫ non apparentis boni vel delectabilis. Ple
rũqꝫ em̃ latet appetentes qđ bonũ / aut delectabile est: quare non ne
62. loc⁹ decl'o. m cessarium bonũ vel delectabile esse: sed apparẽs tm̃. oportebat ergo
sic ⁊ assignationẽ facere. ¶ Si autem assignauerit qđ dictum est: in
spẽs ducendũ em̃ qui ponit formas esse. ¶ Non em̃ est forma nulli⁹
apparentis: spes aũt ad speciẽ videt̃ dici: vt per se ꝯcupiscẽtia per se
delectabilis: ⁊ per se voluptas per se boni. Apparentis aũt boni non
erit per se voluptas: neqꝫ apparẽtis delectabilis per se concupiscen-
tia. Inconueniens em̃ est esse per se apparens bonũ vel delectabile
63. loc⁹. esse. ¶ Ampli⁹ si sit quidẽ habitus diffõ: considerãdũ in illud quod
G hꝫ si aut habentis in habitũ: sil'r aũt ⁊ in alijs talibus. ¶ Ut si iuua
Decl'tio 64. loc⁹ decl'o. tio est qđ delectatio: ⁊ delectat⁹ iuuatus. ¶ Ul'r aũt dicẽdũ in hmõi
diffõnibus quodãmodo plura vno accidit determinantem diffinire.
H ¶ Nam qui sciam diffiniuit quodãmodo ⁊ ignorantiã diffiniuit: sil'r
aũt ⁊ sciũ ⁊ nesciũm: ⁊ scire ⁊ ignorare. Nã ꝑmo palã facto ⁊ reliqua
quodãmõ palã fiunt: ꝑspiciendũ ergo in oĩbus talibus ne q̃d disso-
65. loc⁹. decl'o. net ei q̃ elemẽtis vtit̃ ex ꝯtrarijs ⁊ cõiugatis. ¶ Ampli⁹ in his q̃ ad
aliq̃d sunt ꝯsiderandũ si ad qđ gen⁹ assignat̃ ⁊ spẽs q̃dẽ ad illđ assi-
gnat̃. ¶ Ut si opinio ad opinatũ: ⁊ q̃dã opinio ad quoddã opinatũ:
C. xv. ⁊ si multiplex ad submultiplex: ⁊ qđdã multiplex ad qđdã submul-
66. loc⁹. decl'o. tiplex. Si aũt nõ sic assignat̃: palã qm̃ peccat̃. ¶ Uidẽdũ aũt ⁊ si op-
positi opposita diffõ. ¶ Ut si dimidij q̃ opposita est ei q̃ est duplicis.

UVA. BHSC. IyR_118_1

nam si duplex est qđ in equali supat: dimidiũ qđ in equali superat. 67.loc⁹
¶ Et in ꝯtrarijs aũt silr. ¶ Nã cõtrarij ꝯtraria diffõ erit ꝑm vnam Decl'o.
quãqꝫ cõplexionẽ ꝯrioꝝ: vt si iuuatiuũ idẽ est qđ effectiuũ boni: noci J
uũ effectiuũ mali: aut corruptiuũ boni. alterũ em̃ horum necessariũ
est cõtrariũ esse ei qđ ex principio dictũ est. Si ergo neutrũ cõtrariũ
est ei qđ ex p̃ncipio dictũ est: palã qm̃ neutra erit eaꝝ (q̃ posteri⁹ sunt
assignate) diffõ ꝯrij. Quare neqꝫ q̃ ex principio assignata est diffõ: re
cte assignata est. ¶ Qm̃ aũt quedã ꝯrioꝝ p̃uatione alteri⁹ dicuntur 68.loc⁹.
vt inequalitas p̃uatio equalitatis videt̃ esse: inequalia em̃ q̃ nõ sunt
equalia dicunt̃. Palã. qm̃ qđ ꝑm p̃uationẽ q̃dẽ đr cõtrariũ/necessa-
riũ est diffiniri ꝑ alterũ: reliquũ v̄o iã opꝫ per id qđ ꝑm p̃uationẽ dici
tur/diffiniri. ¶ Nõ em̃ ꝯtingit alterutrũ ꝑ alterutrũ cognosci. Consi decl'o.
derandã ergo in ꝯrijs hmõi pctm̃: vt siq̃s diffiniuit eq̃litatẽ cõtrariũ
inequalitati: nã ꝑ hoc qđ ꝑm p̃uationẽ đr diffiniuit. Ampli⁹ sic diffi-
nientẽ necesse est eo qđ diffinit̃ vti. Palã autẽ hoc si accipiat̃ ꝓ noie.
Diffinitio nãqꝫ inequalitatis nihil differt ⁊ p̃uatio equalitatis: quare
eodẽ erit vsus. ¶ Si aũt neutrũ cõtrariũ ꝑm p̃uationẽ đr: assignetur 69.loc⁹
aũt oro silr. ¶ Ut bonũ ꝯtrariũ malo: palã em̃ qm̃ cõtrariũ malũ bo L
no erit: nã sic cõtrarioꝝ silr oratio assignãda: q̃re rursum eodẽ quod decl'o.
diffinit̃ accidit vti. inest em̃ in mali rõne bonũ. q̃re qm̃ bonũ est malo
cõtrariũ: malũ aũt nihil differt vel bono cõtrariũ erit bonũ ꝯtrariuꝫ
boni ꝯrio: palã ergo qm̃ eodẽ vsus est. ¶ Ampli⁹ si qđ ꝑm p̃uationẽ C.xvi.
đr assignãs nõ assignauit cui⁹ est p̃uatio. ¶ Ut habit⁹ aut ꝯrij si ho 70.loc⁹
rum est p̃uatio. ¶ Et si nõ in quo natũ est fieri addidit: vel simplr: decl'o.
vel in quo primũ natum est fieri. ¶ Ut si ignorantiã dicẽs priuatio- 71.loc⁹.
nẽ nõ scie p̃uatione dixit: aut si nõ addit in quo natũ est fieri: aut ad decl'o.
dens non in quo p̃mum assignauit. vt nõ in rõnabili: sed in hoie/vel
in anima. nã si qđlibet hoꝝ nõ faciat: peccauit. silr autẽ ⁊ si cecitatẽ
non visus p̃uationẽ in oculo dixit. Opꝫ em̃ bene assignantẽ diffõnẽ
quid est: ⁊ cuius est p̃uatio assignare ⁊ quid est qđ priuatũ est. ¶ Ui
dendũ aũt ⁊ si non ꝑm p̃uationẽ dictum: priuatione diffiniuit. ¶ Ut 72.loc⁹.
⁊ in ignorantia videbit̃ esse hmõi pctm̃ his q̃ nõ ꝑm negationẽ igno
rantiã dicũt: nã qđ non habet sciam nõ videt̃ ignorare: sed magis q̃ decl'o.
fallitur. ꝓpter qđ neqꝫ inanimata neqꝫ pueros dicim⁹ ignorare: qua- C.xvij
re non ꝑm p̃uationẽ scie dicitur ignorantia. ¶ Amplius si similib⁹ 73.loc⁹.
noĩs casibus silr̃es diffinitionis casus aptantur. ¶ Ut si iuuatiuum M
est effectiuũ sanitatis: ⁊ iuuatiue est effectiue sanitatis: ⁊ iuuans effi decl'o.
ciens sanitatẽ. ¶ Cõsiderandũ aũt ⁊ in ideã: si aptabitur dicta diffi 74.loc⁹
nitio. ¶ In q̃busdã em̃ non accidit: vt quẽadmodũ Plato diffiniuit decl'o.
mortale addẽs ĩ diffõnib⁹ aĩaliũ: nã idea nõ mortalis vt ꝑ se hõ: q̃re
nõ aptabit̃ ĩ ideã diffõ. Simplr aũt ĩ q̃b⁹ aptabit̃ effectiuũ aut passi
uũ necesse est dissonare ĩ idea diffõnẽ. Impolr̃es em̃ ⁊ immortales vi
dent̃ forme eẽ his q̃ dicũt ideas eẽ: ad hos aũt ⁊ hmõi rõnes vtiles.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ De diffinitione loci alij. Cap. v.

A Ca. 18. 75. loc⁹. Declaratio. Amplius si eorũ q̃ ꝑm eq̃uocationẽ dicunt̃ vnã diffõnẽ oĩuz assignauit cõem. ¶ Uniuoca em̃ quoꝝ vna est ꝑm vnũ nomẽ ratio: quare nullius eoꝝ q̃ sub noĩe sunt assignata est rõ: eo ꝙ sil'r ad oẽ vniuocũ aptat̃: passa est aũt hoc ⁊ Dionysij vite diffõ. Siq̃dẽ est mot⁹ generis nutribilis natural'r assequẽs: nihil

B em̃ magis aĩalibus q̃ꝫ plantis inest. Uita aũt nõ ꝑm vnã spẽm videt̃ dici: sed altera quidẽ aĩalibus: altera aũt plantis inest: ergo cõtingit quidẽ ⁊ ꝑm electionẽ sic assignare diffõnem: ac si vniuoca ⁊ ꝑm vnã spẽm diceret̃ oĩs vita. Nihil aũt ꝓhibet vt eũ q̃ cõspicit eq̃uocatiõez ⁊ qui alterius vult cũ accipiat diffõnem assignare: latere nõ ꝓpriam

76. loc⁹ Decl'o. sed cõem vtrisq̃ rõnem assignare: sed nihil minus si vtrolibet mõ fecerit: peccauit. ¶ Qm̃ aũt quedã latent equiuocoꝝ interrogãti q̃dẽ vt vniuocis vtẽdũ. ¶ Nõ em̃ aptabit̃ terminus alterius in alterum

77. loc⁹ quare videbit̃ nõ diffiniri ꝑm modũ. Opz em̃ in oẽ vniuocuz aptari: eidẽ aũt respondẽti: distinguendũ est. ¶ Qm̃ aũt quidã rñdentiuz: vniuocũ quidẽ equiuocũ dicunt esse qñ nõ aptatur ad omne assignata oratio. Equiuocum aũt vniuocũ: si ad vtrũq̃ aptatur prius cõfitendũ est de talibus: aut precolligendũ: qm̃ vel equiuocum vel vni-

Decl'o 78. loc⁹ uocũ vtrum fuerit. ¶ Magis em̃ cõcedũt nõ preuidentes quod futurũ est accidere. ¶ Si aũt nõ facta cõfessione dixerit aliquis vniuocũ equiuocũ esse: eo ꝙ non aptatur ad hoc assignata rõ. Cõsiderãdũ si hmõi rõ aptat̃: ⁊ ad reliqua. ¶ Palã em̃ quoniam vniuocum erit

Decl'o. reliquis. Si aũt nõ plures erunt diffõnes reliquorũ: nã due secundũ nomẽ rõnes aptabunt̃ ad eãdẽ q̃ prior assignata est ⁊ posterior. Rursum siquis diffiniens aliquod eorũ que multipl'r dicuntur: ⁊ oratio nõ conuenit in oĩa: qm̃ equiuocum quidem nõ dicat: nomẽ aũt non dicat in oĩa aptari: qm̃ nec diffõ. Dicendũ cõtra talẽ qm̃ noĩatione q̃dẽ opz vti q̃ tradita est ⁊ q̃ sequit̃ ⁊ nõ mouere talia: quedã aũt nõ di-

Ca loc⁹ 79. Decl'o. cendũ simil'r pluribus. ¶ Si autẽ alicuius eorũ q̃ complectunt̃ assignetur diffinitio: cõsiderãdũ est alicuius eorũ que cõplectant̃ rõnez auferẽti / si est reliqua reliqui. ¶ Nã si nõ: palam qm̃ nec tota totius vt si diffiniuit lineã finalẽ rectã: finẽ plani habẽtis fines: cuius superadditur mediũ finibus. si finalis linee ratio est finis plani habentis fines: recti opz esse reliquum: cuius medium superaddit̃ finibus: sed

80. loc⁹. infinita neq̃ mediũ neq̃ fines hz: recta autẽ est. Quare nõ ẽ reliq̃ re-

C liq̃ diffõ. ¶ Ampli⁹ si cũ sit cõpositũ qd̃ diffinit̃ diffõ eq̃mẽbris assi-

Decl'o. gnet̃. ¶ Diffõ aũt eq̃mẽbris d̃r esse q̃ꝫta fuerint cõposita: tanta ⁊ in diffõne nomina ⁊ verba fuerint. Necesse em̃ in talibus ipsorũ nominũ permutationẽ fieri aut oĩm aut aliquorũ: eo ꝙ nihil plura nũc q̃ꝫ

D prius noia dicta sunt. Opz aũt ⁊ diffinientẽ rõnem pro noĩbus assignare maxime quidẽ oĩbus: si aũt non pluribus: sic em̃ ⁊ in simplicibus qui nomen transumit non diffiniens erit: vt pro tunica vestem.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ Amplius aũt maius peccatũ: si ⁊ ignorantia per oĩa transumptio
nem fecerint. ¶ Ut pro tunica nigra colobium atrum: neq; enim dif 81.loc⁹. decl'o.
finiuit cum minus sit planuz quod sic dicitur. ¶ Considerandũ au- 82.loc⁹. decl'o.
tẽ ⁊ si permutatione oĩum nõ idẽ iam significat. ¶ Ut qui cõtempla
tiuã sciam opinionẽ cõtẽplatiuam dixit. nam opinio scĩe non idem:
oporteret aũt ⁊ si deberet idem totũ esse. Nam contẽplatiuũ quidem 83.loc⁹.
cõe in vtrisq; orationibus est: reliquum vero differens. ¶ Amplius
si alterius nominũ trãsumptionũ faciens nõ differre: sed genus per Decl'o.
mutationẽ facit. ¶ Uelut in eo quod dictũ est: ignotius erit: em̃ con
templatiua q̃ scia: nam hoc quidem genus: illa autẽ dr̃ia: omnibus
autẽ euidentius genus: communius enim est quare non generis / sz Dubita
dr̃ie oportebat trãsumptionem fieri: eo ꝙ ignotior est. ¶ An hec qui tio.
dem ridiculosa increpatio? Nihil enim prohibet differentiam quidez E
notissimo nomine dici. genus autem non sic autem rebus se habẽti-
bus. palam quoniam generis ⁊ non dr̃ie secundum nomen commu-
tatio facienda. Si autem non nomen pro nomine commutat: sed ra-
tionem pro nomine: palam quoniam differenti magis q̃ generis dif
finitio assignanda: eo ꝙ notificandi causa diffõ assignatur. Nam mi-
nus differentiam q̃ genus notum. ¶ Si autem dr̃ie terminum assi- 84.loc⁹ Decl'o.
gnauit: ꝯsiderandũ si em̃ alicui⁹ alius cõis est assignata diffõ. ¶ Ut
cũ imparem numerum medium habentem dixerit. nam numerus q̃-
dẽ cõis in vtrisq; orationibus est: imparis aũt transumpta est diffõ.
Habet autem ⁊ linea ⁊ corpus medium cũ non sint imparia: quare
non erit diffõ hec imparis. Si autem multipl'r dicitur medium termi
nandum qũo se habet mediũ. Quare aut increpatio erit: aut syll'sq; Ca.20.
non diffiniuit. ¶ Rursum si id cuius quidem rõnem assignauit: eorũ 85.loc⁹.
que sunt est: quod autem sub ratione non est eorum que sunt. ¶ Ut Decl'o.
si album diffiniuit colorem igni permixtum. impossibile enim incorpo
reum corpori permisceri. Quare non erit color igni permixtus: albũ
vero est. ¶ Amplius quicunq; non diuidunt in his que sunt ad ali- 86.loc⁹ decl'o.
quid ad quod dicitur: sed in pluribus complectentes dicunt: aut in
aliquo / aut omnino mentiuntur. ¶ Ut siquis medicinam disciplinã
entis dixit. nam si nullus quidem eorũ q̃ sunt medicina est disciplina
palã qm̃ tota rõ falsa est. Si aũt alicui⁹ q̃dẽ: alicui⁹ aũt nõ: in aliquo
mẽtit̃. opz em̃ de oĩ. siq̃dẽ ꝑ se ⁊ nõ ꝑm accidẽs dicit̃: quẽadmodũ in
alijs se hñt q̃ ad aliq̃d sunt. nã oẽ disciplinatũ ad disciplinã dicit̃. sil'r
aũt ⁊ in alijs: eo ꝙ cõuertũt̃ oĩa ad aliq̃d. oẽ em̃ disciplinatũ ad ali-
q̃d. Amplius si is (q̃ nõ ꝑ se. sz ꝑm accñs assignationẽ fecit) recte assi-
gnauit: nõ ad vnũ sz ad plura singulũ eorũ q̃ ad aliq̃d dicũt̃ assigna
uit. nihil ei ꝓhibz: ⁊ ens albũ: ⁊ bonũ esse. Quare q̃ ad q̃dlibz horũ
assignauit: recte assignauit. siq̃s ꝑm accidẽs assignauit. recte assigna
uit. Amplius aũt ĩpol'e est hmõi rõnẽ ꝓpriã assignari esse nõ em̃ so
la medicina: sz plures aliarũ disciplinarũ ad esse dicũt̃: q̃re vnaqueq;

UVA. BHSC. IyR_118_1

entis disciplina erit. palā ergo qm̄ nullius talis discipline erit diffō.
87. loc⁹ decl'o. ꝓpriā em̄ ⁊ nō cōem opz diffōnem esse. ¶ Qñq; aūt diffiniunt non
rem: sz rem bñ se hñtē: aut ꝑfectā. ¶ Talis aūt ⁊ rhetoris diffinitio:
si tales diffōnes. latronis sunt. Rhetor quidē qui pōt qd̄ in vnoquo
F q; est verisimile considerare ⁊ nihil ꝑtermittere. Latro autē q̄ clā su-
mit. Palam aūt quoniā cū talis est vterq;. hic quidem bonus latro:
ille aūt bonus rhetor erit: non em̄ qui clā sumit sed qui vult clam su-
88. loc⁹ mere/latro est. ¶ Rursum si qd̄ per se eligendū est: vt effectiuum vel
operatiuū/vel quolibet modo per aliud eligenduz assignauit. ¶ Ut
decol'. qui iustitiā legū saluatricē dixit: aut sapiētiā effectiuā beatitudinis.
nā saluatiuū ⁊ effectiuū eoꝝ que per aliud eliguntur. An nihil q̄dē
ꝓhibet qd̄ per se eligendū est: ⁊ ꝑ aliud eligendum: sed nihil min⁹
peccauit: q̄ sic diffiniuit qd̄ ꝑ se eligendū: nā vniuscuiusq; optimū in
substātia maxime: melius aūt qd̄ per se eligendū/q̄ qd̄ ꝑ aliud: qua
re hoc ⁊ diffinitionē oportebat magis significare.

¶ De diffinitione loci alij. Cap. vj.

C. xxj. 89. loc⁹ decl'o. Considerandū aūt ⁊ siquis alicui⁹ diffōnē assignauit: aut
hoc/aut qd̄ est ex his: aut hoc cū illo diffiniuit. ¶ Nam si
hec: accidet ambobus ⁊ neutro inesse: vt si iustitiā tēperā
tiam ⁊ fortitudinē diffiniuerit. nā si sint duo/⁊ vterq; alte
rū hēat: vtriq; iusti erūt/⁊ neuter: eo ꝙ ambo q̄dē hñt iustitiā: vterq;
autem non hz. Si aūt nondū qd̄ dictū est incōueniens valde est: eo
ꝙ ⁊ in alijs accidāt hmōi (nihil em̄ ꝓhibet ambos hr̄e minā cū neu-
trum habeat): sz tñ ꝯtraria inesse eidē oīno incōueniens videbit̄ esse.
Accidet aūt hoc si hic quidē temperantiā ⁊ debilitatē habeat: ille au
tem fortitudinē ⁊ luxuriā. Ambo enim iustitiā ⁊ iniustitiā. nā si iusti
A tia/tēperātia ⁊ fortitudo est: iustitia debilitas ⁊ luxuria erit. Et oīno
per q̄cunq; est argumentari: qm̄ nō idem sunt ⁊ partes ⁊ totum oīa
vtilia ad hoc qd̄ nunc dictū est. videt̄ aūt qui sic diffiniuit ꝑtes toti
eadē esse ꝯfiteri. Maxime autē conueniētiores fiunt rōnes in quib⁹
manifesta est ꝑtium cōpositio: velut in domo ⁊ in alijs talibus. Pa-
lā enim qm̄ cum sint ꝑtes nihil ꝓhibet totū non esse. quare non idez
c. xxij. ꝑtes toti. ¶ Si autē non hec. sed qd̄ ex his est dixit eē qd̄ diffinitur.
90. loc⁹. decl'o. Primum q̄dē considerādū si nihil natum est fieri ex his q̄ dicta sunt
61. loc⁹ ¶ Quedā em̄ sic se habent adinuice: vt nihil ex eis vnū q̄d fiat: vt li
nea ⁊ numer⁹. ¶ Ampli⁹ si diffinitū q̄dem in vno aliquo natum est
Decl'o. primo fieri: ex q̄bus autez dixit ipm̄ esse non in vno p̄mo nata sunt
fieri: sz vtrūq; in vtroq;. ¶ Palā autē qm̄ nō erit ex his illud: in q̄b⁹
em̄ ꝑtes ⁊ totū necesse est inesse: q̄re nō ī vno totū prīo eēt: sz in pluri-
bus. ¶ Si aūt ⁊ ꝑtes ⁊ totū ī vno aliq̄ p̄mo: ꝯsiderādū si nō ī eodē/
92. loc⁹. decl'o. sz in altero totū/⁊ ī altero ꝑtes. ¶ Nā ī q̄ totū: in illo ⁊ ꝑtes eē vñr.
B ¶ Rursum si toti sil' interimūtur ꝑtes. ¶ Ecōtrario. n. oz accidere ꝑ
93. loc⁹. tib⁹ perēptis perimi totū: toto ꝟo perēpto nō necesse ē ⁊ ꝑtes ꝑimi.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ Aut si totū q̄dē bonū vel matū: ꝑtes aūt neutre. aut eꝯrio: ꝑtes q̄ dē bone vel male: totū aūt neutrū. ¶ Nā neq; ex neutris pol̄e bonū q̄d vel malū fieri: neq; ex malis vel bōis neutꝝ. ¶ Aut si magꝭ q̄dē alteꝝ bonō q̄ꝫ alteꝝ malū: qđ aūt est ex his nō magꝭ bonū q̄ꝫ malū. ¶ Ut si īprudētia ex fortitudīe ⁊ falsa opinione: magꝭ.n. bonū fortitudo q̄ꝫ malū falsa opio. Opꝫ ḡ ⁊ qđ ex his est seq̄ illud qđ magis ē/ ⁊ esse vel simpl̄r bonū vel magis bonū q̄ꝫ malū. ¶ An hoc q̄dē non necessariū nisi vtrūq; sit ꝑ se bonū vel malū. Multa.n. effectiuoꝝ ꝑ se q̄dē nō sunt bona: ꝑmixta autē q̄busdā fiunt bōa. aut eꝯrio vtrūq; q̄dē bonū: ꝑmixta autē mala vel neutrū. Maxīe aūt manifestū qđ nūc dictū est in sanatiuis ⁊ egrotatiuis. nā q̄dā medicamētoꝝ sic se hn̄t vt vtrūq; q̄dē sit bonū. Si aūt ābo dent̄ mixta: malū. ¶ Rursuꝫ si qđ ex meliore peiore est: nō ē totū peiore q̄dē meli⁹. meliore aūt peius. ¶ An nec hoc necessariū nisi ꝑ se sint ex q̄b⁹ cōponit̄/bona/ Nā in his q̄ nō ꝑ se sunt bona nihil ꝓhibet totū nō fieri bonū: vt in his q̄ mō dicta sunt. ¶ Ampli⁹ si cognomīe est totū alteri. ¶ Nō opꝫ.n. velut nec ī syllogismis: nulli.n. lr̄arū ex q̄bus cōponit̄ syllaba cognominis est. ¶ Ampli⁹ si nō dixit modū cōpōis. ¶ Nō.n. sufficiēs est ad cognoscēdū dicere ex his. nō.n. qđ ex his: sꝫ qđ ex his est singuli cōpositoꝝ substātiā vt in domo. nō.n. si q̄lꝫ mō cōponant̄ hec/dom⁹ est. ¶ Si aūt hoc cū illo assignauit p̄mū q̄dē dicendū ꝙ hoc cū illo: aut hoc illđ đr: aut qđ ex illis. Nā q̄ dicit mel cū aq̄: vl̄ mel ⁊ aquā dicit vel qđ ex melle ⁊ aqua. q̄re si cuilibet eoꝝ q̄ dicta sunt idē ꝯfitebitur esse hoc cū illo: eadē cōueniet dicere: q̄ ad vtrūq; eoꝝ dicta sunt pri⁹. ¶ Ampli⁹ diuidēti quotiēs đr alteꝝ cū altero ꝯsiderādū si nullo mō hoc cū illo. ¶ Ut si dicat̄ alteꝝ cū altero: aut vt in aliq̄ eodem susceptibili. velut iustitia ⁊ fortitudo ī aīa: aut in loco eodē: āt in tpe eodē: nullo aūt mō sit veꝝ qđ dictū ē in his manifestū est: qm̄ nulli⁹ erit assignata diffō eo ꝙ nullo mō hoc cū illo ē. ¶ Si aūt diuiso quotiēs đr alteꝝ cū altero veꝝ erit in eodē tpe vtrūq; eē: ꝯsiderādū si cōtingit nō ad eundē vtrūq; dici finē. ¶ Ut si fortitudinē audaciā q̄dē habere fraudādi: rectū aūt intellectū audaciā cū intellectu recto diffiniuit. ꝯtingit em̄ circa sanatiua: sꝫ nōdū fortis/q̄ in eodē tpe hoc cuꝫ illo hꝫ. ¶ Ampli⁹ si ⁊ ad idē ambo dn̄r: vt ad medicinalia. ¶ Nihil em̄ prohibet ⁊ audaciā quandā ⁊ rectum intellectū habere ad medicinalia: sed tn̄ nec sic fortis qui hoc cū illo hꝫ: neq; em̄ ad alterū eoꝝ vtrūq; oportet dici: neq; ad idem quilibet: sed ad fortitudinis finem. vt ad preliorū pericula: aut si quid magis est huius finis. Quedam autem sic assignatoꝝ nullo modo sub dictā cadunt diuisionem: vt si ira tristitia est cū opinione deficiendi. Nam quod ꝓpter hmōi opinionē tristitia fit hoc vult assignare: ꝑꝑ hoc aūt fieri aliq̄d nō est idē ei qđ est hoc q̄dē cū illo esse s̄m nullū dictoꝝ modoꝝ. ¶ Rursum si horum compositionē dixit totum. ¶ Ut aīe ⁊ corporis cōpositionē aīa-

decl'o. 94.loc⁹ decl'o. 65.loc⁹. decl'o. dubitatio. 96.loc⁹ Dubitatio. C 97.loc⁹ decl'o. 98.loc⁹ decl'o. c.xxiij. 99.loc⁹. 100.loc⁹ decl'o. 101.loc⁹ decl'o. D 102.loc⁹ decl'o. c.xxiiij. 103.loc⁹ decl'o. E

UVA. BHSC. IyR_118_1

lis. primũ quidem considerandum si non dixit qualis compositio ve
lut in carnẽ diffiniẽs / aut os: ignis / aeris / ⁊ terre dixit cõpositionem:
non em̃ sufficit cõpositionẽ dicere. Sed ⁊ qualis ⁊ que est cõpõ deter
minandũ. non em̃ quolibet mõ cõpositis his: caro fit. sed sic quidem
cõpositis: caro. sic vero: os. Uidetur aũt neq̃ esse oĩno cõpositiõi idẽ
neutrũ eorum que dicta sunt. Compositioni em̃ omni / dissolutio con
traria. Dictorum aũt neutri / nihil. Amplius si similiter est verisimile
omne cõpositũ cõpositionem esse vel nullum. aĩalium autẽ singulũ
104. locus. cũ sit cõpositũ nõ esse cõpositio: neq̃ alioꝝ vllum cõpositoꝝ cõposi
decl'o. tio erit. ¶ Rursum si sil'r in aliquo nata sunt: esse contraria. Diffini-
uit aũt per alterũ: palã qm̃ non diffiniuit. ¶ Si aũt nõ ita est: plures
eiusdẽ accidet diffinitiones esse. quid em̃ magis qui per hoc q̃ q̃ per
F alterũ diffiniens dixit: eo ꝙ similiter vtraq̃ nata sunt fieri in eodem.
C. xxv Talis autẽ est anime diffinitio. siquidem anima est substantia disci-
105. loc⁹ pline susceptibilis. Nam similiter ⁊ ignorãtie susceptibilis. ¶ Opor
G tet aũt si non ad totam habeat aliquis argumentari diffinitionẽ: eo
ꝙ non euidens sit tota ad aliquã partium argumẽtari si sit nota: et
106. locus. nõ bene videatur assignata. Nam parte interempta: ⁊ tota diffinitio
interimitur. ¶ Quecũq̃ aũt obscure sunt diffinitionum corrigẽtem
H vel confirmantem ad indicandum aliq̃d ⁊ habendũ argumenta sic
decl'o. considerandum. ¶ Necesse est em̃ respondenti aut suscipere q̃d sum
107. locus. ptum est ab interrogãte: aut eundẽ declarare q̃d tenere ostensum est
in diffinitione. ¶ Amplius quẽadmodũ in conuentiõibus solẽt du-
decl'o cere leges: ⁊ si fit melior que inducitur / interimit anteriorem. sic ⁊ in
I diffinitionibus faciendum: ⁊ diffininitio alia ferenda. ¶ Nã si videt
108. locus. melior ⁊ magis manifestũ est q̃d diffinitur: palã qm̃ interẽpta erit q̃
L posita ẽ pri⁹: eo ꝙ nõ sũt eiusdẽ pl'es diffões. ¶ Ad oẽs ꝟo diffõnes
decl'o. nõ minimũ elementum ad seipsum solerter diffinire ꝓpositũ: aut bñ
dictam diffinitionẽ resumere. ¶ Necesse est em̃ velut ad exemplũ cõ
siderantem ⁊ quod minus est his que opꝫ habere diffinitionẽ: ⁊ q̃d
appositum est superflue inspicere. Quare argumentis magis abun-
dare. Ergo q̃ circa diffinitiões sunt in tantum dicatur.

¶ Sexti Topicorum Aristo. finis.

Topicoꝝ Aristotelis Liber septimus.

Primus locus. ¶ De eodem ⁊ diuerso loci. Cap. primũ.



Trum aũt idem aut diuersum ꝑm principaliorem eo
rum qui dicti sunt modoꝝ dicẽdum. dicebatur enim
decl'o. principaliter idem q̃d numero vnum. considerandũ
aũt ex casibus: ⁊ coniugatis: ⁊ oppositis. ¶ Nam si
iustitia idem est fortitudini: ⁊ iustus forti: ⁊ iuste forti
2. locus. ter. ¶ Similiter autem ⁊ in oppositis. ¶ Nam si hec
eadẽ ⁊ opposita his eadẽ: ꝑm quamlibet dictarũ oppositionũ. Nihil

UVA. BHSC. IyR_118_1

em̄ differt hoc vel hoc mō oppositum sumere: eo ꝙ eadē sūt. ¶ Rursum ex effectiuis: ⁊ corruptiuis: ⁊ gn̄ationibus: ⁊ corruptionib⁹. ⁊ vl'r ex his que similiter se habēt ad alterutrū. ¶ Nam quecūq; simpliciter eadem: ⁊ gn̄ationes eoꝝ ⁊ corruptiones eedē ⁊ effectiua ⁊ corruptiua. ¶ Considerandū aūt ⁊ quoꝝ alteꝝ maxime d'r quodlz. ⁊ si alterū ipsum: s'm idem maxime dicitur. ¶ Sicut Xenocrates beatā vitam ⁊ studiosam assignauit eandem: eo ꝙ oīm vitarū maxime eligenda studiosa ⁊ beata. Unum em̄ maximū eligendū ⁊ maximū: sil'r ⁊ in alijs hmōi. Opz aūt vtrūq; vnū numero esse: qd̄ d'r maximum ⁊ maxime eligendū. Si aūt nō: nō erit ostēsum qd̄ idem. Non necessarium em̄ si fortissimi grecoꝝ sunt pelopōnesij / ⁊ lacedemonij: eosdem esse pelopōnesios ⁊ lacedemonios: eo ꝙ non vnus numero pelopōnesi⁹ ⁊ lacedemonius: sed cōtingit quidē alterū ab altero cōtineri necessario: vt lacedemonij a pelopōnesijs. Si aūt nō. accidet seipsis inuicez meliores esse: si nō cōtinentur alteri ab alteris. necesse est em̄ pelopōnesios meliores esse q̄z lacedemonij si non cōtinent̄ alteri ab alteris. nā oībus reliquis sunt meliores. Sil'r aūt ⁊ lacedemonios necesse ē meliores esse pelopōnesijs. nā ⁊ isti oībus sunt meliores. quare seinuicem meliores fiunt. Manifestū ergo qm̄ vnū numero opz esse qd̄ optimū ⁊ maximū d'r. si d'r dz ide ostendi. Propter qd̄ ⁊ Xenocrates non assignauit: non em̄ numero beata ⁊ studiosa vna vita: quare nō necessariū eandē esse: eo ꝙ ambe maxime eligentur: sz altera ab altera. ¶ Rursum considerandū si cui alterū idem ⁊ alterū. ¶ Nā si nō sunt ambo eidem eadem: palam qm̄ nec sibijnuicem. ¶ Amplius ex his que sibi accidunt: considerandū. ¶ Nā quicunq; alteri accidunt ⁊ alteri oportet accidere. ⁊ quibus alterū eoꝝ accidit: ⁊ alter oportet accidere. si autē aliquid horū dissonet: palā qm̄ non eadem. ¶ Uidēdū autem ⁊ si non in vno genere p̄dicamenti vtrūq;: sed hoc quidem quale: illud autem q̄tū vel ad aliq̄d indicet. ¶ Rursum si gen⁹ vtriusq; non idē. sz hoc quidē bonū: illud aūt malū: aut hoc quidē virt⁹: illud aūt scīa. ¶ Aut si genus quidē idē: d'rie aūt nō eedē de vtroq; predicātur. sed de hoc quidē: qm̄ contēplatiua scīa: de illo aūt quoniam actiua. sil'r aūt ⁊ in alijs. ¶ Amplius aūt ex magis. si hoc quidē suscipit magis: illud aūt non: aut si ambo suscipiūt quidē: sz non sil'. ¶ Uelut qui magis amat nō magis cōcupiscit coitū: quare non idē amor ⁊ cōcupiscentia coitus. ¶ Amplius ex oppositione: si eidez ad vtrūlibet appositum non facit totū idē. ¶ Aut si idez ab vtroq; ablatum quod relinquitur alterum. ¶ Ut si duplū dimidij ⁊ multiplex dimidij idem dixit esse: ablato em̄ ab vtroq; dimidio reliquum idem oportet significare: nō indicāt aūt: nā multiplex ⁊ duplum. nō eadez significāt. ¶ Cōsiderandū aūt nō solū si aliq̄d alicui accidit impossibile est ꝑ positionē: sz si pol'e ex hypothesi fieri. ¶ Uelut his qui vacuū ⁊ plenū aere idē dicunt esse: palam em̄ qm̄ si exeat aer: vacuum

Decl'o. 3. locus. decl'o. Ca. ij. 4. locus A decl'o. B C Ca. iij. 5. locus decl'o. 6. locus decl'o. 7. locus 8. locus 9. locus 10. loc⁹. Decl'o. 11. loc⁹. 12. loc⁹. Decl'o. 13. loc⁹. decl'o.

UVA. BHSC. IyR_118_1

nō minus: sed magis erit. plenū aūt aere non amplius erit. quare po
14. loc⁹. sito aliquo / siue vero siue falso (nihil em̄ differt) si alterum quidez in
terimatur: alterū aūt nō: quare nō idē. ¶ Ul'r aūt dicēdū ex his que
D quolibet mō de vtroq; p̄dicant̄: ⁊ de q̄bus hec predicant̄: cōsideran-
decl'o. dū si alicubi dissonet. ¶ Nam quecūq; de altero predicant̄ ⁊ de alte
15. loc⁹. ro opz. ⁊ de quibus alterū predicatur: alterum predicari opz. ¶ Am
plius qm̄ multipl'r eadē dicuntur: cōsiderandū si ꝑm alium aliquem
decl'o. modū eadē sunt. ¶ Nam specie vel genere eadem: nō necesse est nu-
mero eadē esse. Considerandum aūt vtrūq; sic sic vel nō sic eadem.
16. loc⁹. ¶ Amplius si pōt alterum sine altero esse. ¶ Nō em̄ erit idem. Er-
decl'o. go ad idem loci tanti dicuntur.

¶ De eadem diffinitione loci alij. Capitulum secundum

A
17. loc⁹. Palam aūt ex his que dicta sunt: qm̄ oēs qui ad idem sunt
decl'o. destructiui loci: ⁊ ad diffōnes vtiles sunt: quemadmodum
18. loc⁹. dictū est. ¶ Nam si non idem indicet ⁊ nomē ⁊ diffō. palā
decl'o. qm̄ non erit diffō assignata rō. ¶ Constructiuorū aūt loco
rū nullus vtilis ad diffōnē. ¶ Non enim sufficit ostendere ⁊ idē qd̄
sub rōne ⁊ noīe est ad cōstruendū: qm̄ diffō: sed ad alia opz oīa hēre
Cap. 4. q̄ p̄cepta sunt ad diffōnem. Interimere ergo diffōnē sic: ⁊ per hec se
19. loc⁹. B pe tentādum. ¶ Si aūt cōstruere volumus. primū quidem scire opz
decl'o. qm̄ nullus vel pauci disputantium diffōnem syllogizant: sed oēs pri
20. loc⁹. cipium qd̄ tale est accipiunt. ¶ Ut qui circa geometriā vel numeros
vel alias disciplinas hmōi. ¶ Deinde subtilitate quidem alterius
negocij est assignare: ⁊ q̄d diffō est / ⁊ qūo diffinire: opz: nūc aūt quā-
C tū sufficit ad p̄ntē vtilitatē tantūmodo dicendū: qm̄ pol'e est fieri dif
decl'o. finitiones ⁊ eius qd̄ quid est / esse syllogismū. ¶ Nam si diffinitio est
oratio: que quid est esse rei significat: ⁊ opz ea que in diffinitione po
nunt̄ in eo qd̄ quid est de re sola predicari: predicant̄ aūt sola in eo
qd̄ quid est genera ⁊ differentie. Manifestum qm̄ siquis sumat ea q̄
tm̄ de re in eo qd̄ q̄d est p̄dicari opz: qm̄ ratio hoc habens / diffinitio
ex necessitate erit. Non em̄ cōtingit diffinitionē esse aliud q̄ꝫ rē: eo ꝙ
nihil aliud in eo qd̄ quid est de re p̄dicat̄. Qm̄ ergo cōtingit ex dif-
21. loc⁹. fōne syllogismū fieri: manifestū. ¶ Ex q̄bus aūt opz cōstruere deter
Cap. 5. minatū est q̄dē in alijs subtilius: ad ꝓpositam autem methodū idez
decl'o. loci vtiles. ¶ Perspiciendū ergo in cōtrarijs / ⁊ in alijs oppositis: et
22. loc⁹. totas orationes: ⁊ particul'r cōsideranti. ¶ Nam si opposita opposi
23. loc⁹. te speciei: ⁊ eam que dicta est ꝓposite necesse est esse. ¶ Qm̄ aūt cō-
decl'o. trariorū plures cōplexiones: sumēda ē ex ꝯriis qualiscūq; maxīe ap
parebit ꝯria diffinitio. ergo totas q̄dē diffinitiones quēadmodū di-
ctū est cōsiderādū. ¶ Partitulariter aūt hoc modo. Prima q̄dē qm̄
24. loc⁹ assignatū genus recte assignatū est. ¶ Nā si ꝯriū in ꝯrio: ꝓpositū au
decl'o. tē nō in eodē: palā qm̄ in ꝯrio erit: eo ꝙ necesse est ꝯria in eodē gene
re vniuersali ꝯrijs generib⁹ esse. ¶ Et differētias aūt ꝯrias de ꝯrijs

UVA. BHSC. IyR_118_1

probamus ꝑdicari. ¶Uelut de albo ⁊ nigro. Naz hoc quidē disgregatiuū:illud aūt visus cōgregatiuū. Quare si de ꝯrio cōtrarie ꝑdicā tur:de ꝓposito que assignate sunt predicabunt. Quare qm̄ ⁊ genus ⁊ differentie recte assignate sunt:palā qm̄ diffinitio erit que assigna- Dubita
ta est. ¶An non necessariū est de contrarijs cōtrarias differētias ꝑ no.
dicari:nisi in eodē genere sint contraria:quoꝝ autem genera sunt cō
traria nihil ꝓhibet eandē differentiā de vtriscz dici.vt de iustitia ⁊in
iustitia.nam hec quidem virtus:illa autē vitium aīe:quare id qō est
anime dīta de vtriscz dicitur:eo q ⁊ corporis est virtus ⁊ vitium.sed
hoc verum:quoniam cōtrariorum aut cōtrarie aut eedem differētie
sunt. Si ergo de cōtrario cōtraria predicatur:de hoc autē non palaz: 25.loc⁹.
quoniam que dicta est de hoc predicabitur. ¶Uniuersaliter aūt di-
cendo si diffinitio est ex genere ⁊ differētijs:si sit contrarij diffinitio decio.
manifesta:⁊ que ꝓpositi erit diffinitio manifesta. ¶Nam qm̄ ꝯrium
in eodē genere vel in ꝯrio:similiter autem ⁊ differentie aut cōtrarie
de contrarijs aut eedem predicantur.palam qm̄ de ꝓposito:aut idē
genus predicabit qō de contrario:differētie autē cōtrarie vel oēs vel
alique:reliqe autē eedem:aut econtrario differentie eedem .genera
vero cōtraria:aut ambo cōtraria ⁊ genera ⁊ differētie. Nā ambo esse
nō cōtingit. Si autem non:diffinitio eadē cōtrariorū erit. ¶Ampli⁹ F
ex casibus ⁊ cōiugatis. ¶Necesse est.n.cōsequi genera generibus:⁊ Cap. 6.
diffōnes diffinitionibus:vt si obliuio est scientie amissio: ⁊ obliuisci 26.loc⁹,
sciam amittere:⁊ oblitū esse amisisse sciam.vno ergo quolibet eorum decio.
que dicta sunt concesso:necesse est reliqua concedere. Silr autem ⁊
si corruptio est dissolutio substantie:⁊ corrūpere dissoluere substan-
tiam.⁊ corruptiue dissolutiue. Si corruptiuum dissolutiuum substā
tie:⁊ corruptio dissolutio substantie:similiter aūt ⁊ in alijs.quare in 87.loc⁹,
vno quolibet sumpto:⁊ reliqua omnia cōsiteantur oportet. ¶Et ex Decio
similiter se habentibus inuicē. ¶Nam si salubre effectiuū sanitatis:
⁊ habile effectiuum bone habitudinis erit:⁊ iuuatiuū effectiuuz bo
ni. Nam similiter vnūquodcz eorum que dicta sunt ad ꝓprium finez
se habent.quare si vnius eorū diffinitio est effectiuū esse finis:⁊ reli- Cap.7.
quoꝝ sic erit diffinitio singuli. Ampli⁹ ex eo qō ē magis/⁊ silr qō est 28.loc⁹
silr quotiens cōtingit cōstruere duo ad duo cōparātē. ¶Ut si ma- Decio
gis hec illi⁹ cꝫ hec illi⁹ diffō.hec āt q̄ minus diffō est:⁊ hec q̄ magis 29.loc⁹
⁊ si silr hec illi⁹ ⁊ illi⁹.si altera alteri:⁊ reliq̄ reliq̄. ¶Una āt diffinitio Decio
ne ad duo cōparata:aut duab⁹ diffinitiōib⁹ ad vnū:nihil valet que 30.loc⁹,
ex magis est/cōsideratio. ¶Nā necz vna duarū necz duas eiusdem
diffinitiones possibile est esse. ¶Sunt autem opportunissimi locorū
⁊ qui dicti sunt/⁊ qui ex casibus ⁊ qui ex coniugatis. Quare opor- Decio.
tet maxime cōtinere ⁊ promptos habere hos. ¶Utilissimi enim ad 31.locus
plura. ¶Aliorum autem eos qui maxime sunt communes. ¶Nam Decio
isti maxime reliquorum operatiui : vt inspicere in singularibus

UVA. BHSC. IyR_118_1

⁊ in spēbus cōsiderare si cōueniat diffinitio: eo ꝙ vniuoca est species
Est hic autē locus vtilis ad eos qui ponunt ideas esse: sicut prius di
32.loc⁹. ctum est. ¶ Amplius si transferēs dixit nomē/aut si idē de eodē pre
dicauit vt diuersum. ⁊ siquis alius cōis ⁊ efficax locoꝝ illo vtēdum.
¶ De constructione ⁊ destructione predicatorum loci. Cap. iij.

C. viij. 33. loc⁹. Decl'o. Quoniā aūt difficilius est cōstruere diffinitionem ex his que
post hec dicuntur manifestū. ¶ Nā nosse eam ⁊ sumere ab
interrogantibus hmōi ꝓpositiones non facile: vt qm̄ eorum
A que sunt in assignata diffinitione hoc quidem est genus: id
vero differentia. Et qm̄ in eo qđ quid est genus ⁊ differentie predicā
tur: sine his impossibile est fieri syllogismum. nam si quedam ⁊ alia
in eo quod quid est de re predicant̄: incertum vtrum ne que dicta est
B aut alia eius diffinitio est: eo ꝙ diffinitio est ratio quid est esse signifi
cans. Palam ⁊ ex his: facilius em̄ vnū cōcludere q̄ꝫ plura. ergo inte
rimēti quid est sufficit ad vnū argumētari. vnū em̄ quidlibet destruē
tes interimentes erimus diffinitiones. Construenti autē omnia ne
cesse est cōstruere ꝙ insint que in diffinitione sunt. Amplius cōstruē
ti quidē vniuersaliter cōstruendum syllogismum: (oportet em̄ de om
ni de quo nomen rōnem predicari. Amplius adhuc conuerti de quo
rōnem ⁊ nomen si debeat esse propria assignata diffinitio.) Destruen
ti vero non necesse est vniuersaliter: sufficit enim ostendere ꝙ de quo
piā eorū que sub nomine sunt oratio non verificat̄. ⁊ si oporteat vni
uersaliter destruere: nunc autem quoniā conuerti necessariū/⁊ in de
struendo. sufficit enim destruenti vniuersale ostendere: quoniam de
nullo de q̄bus nomen predicatur oratio predicatur: ecōtrario vero
non necessarium ad ostendendū: quoniā de q̄bus predicat̄ ratio no
men nō predicatur. Amplius si ⁊ omni inest qđ sub nomine est: non
soli autē interempta sit diffinitio. ¶ Similiter aūt ⁊ circa ꝓprium ⁊
C genus se hz. ¶ In vtrisq̄ em̄ destruere q̄ꝫ construere facilius. Ergo
34. loc⁹ decl'o. de proprio q̄dē manifestū est ex his que dicta sunt. nā vt in pluribus
⁊ in cōplexione quidē ꝓpriū assignat̄. Quare destruere quidem vnū
est interimenti. Cōstruenti vero omnia syllogizare necesse est: pene
autē ⁊ reliqua omnia quecūq̄ ad diffinitionē ⁊ ad proprium conue
niet dici. Nam ⁊ omni opz qđ sub noīe est cōstruētem monstrare: qm̄
inest. Destruenti aūt sufficit ostēdere vni non inesse. Si vero ⁊ omni
inest: non soli autē ⁊ sic destructū sit: sicut ⁊ in diffinitione dicebatur
De genere autem qm̄ cōstruere quidem necesse est vno modo omni
ostendenti inesse. Destruenti autē dupliciter: nam siue nulli: siue ali
cui ostensum sit non inesse interemptū est qđ in principio. Amplius
quidem cōstruenti non sufficit qm̄ inest ostendere: sed qm̄ vt genus
inest ostendendū. Destruenti autē sufficit ostendere non inesse: vel
D alicui vel non omni. videt̄ autē quēadmodū ⁊ in alijs corrumpere/
35. loc⁹. q̄ꝫ facere facilius sit: ⁊ in his destruere q̄ꝫ cōstruere. ¶ In accn̄te ve-

UVA. BHSC. IyR_118_1

ro vl'e facilius destruere q̃ cõstruere. ¶ Nã cõstruenti q̃dẽ ostenden dũ qm̃ omni: destruenti aũt sufficit vni ostẽdere non inesse. ¶ Parti culari vero ecõtrario. Nam facilius cõstruere q̃ destruere. ¶ Nã cõ- struenti quidem sufficit ostendere alicui inesse. destruenti autem ostẽ dendum quoniam nulli inest. ¶ Manifestũ aũt ⁊ qm̃ oĩm facillimũ diffõnem destruere. ¶ Plurima em̃ sunt in ea affignata pluriũ que dicta sunt: ex pluribus aũt citius fit syll's. Uerisil'e aũt in multis ma gis q̃ in paucis peccatũ fieri. Amplius ad diffõnez quidẽ contingit ⁊ per alia argumẽtari: siue em̃ non propria sit diffinitio / siue nõ ge- nus quod assignatum est / siue nõ inest aliquid eorum que sunt in dif finitione: interempta fit diffinitio. Ad alia autẽ neq; ea que ex diffõ nibus: neq; alia contingit oĩa argumentari. Sola em̃ ad accidens cõia sunt oĩum predictorũ: inesse em̃ opz singulũ eorũ que dicta sunt Si autẽ non vt propriũ inest genus nõdũ interẽptum est genus. Si mil'r autẽ ⁊ propriũ nõ necessarium vt genus inesse: neq; accidẽs vt genus / aut proprium: sed inesse tm̃. Quare nõ possibile ex alijs ad alia argumentari nisi in diffõne tm̃. Manifestũ igitur qm̃ facillimuz oĩum diffõnem interimere: construere autẽ difficillimũ. Nam ⁊ oĩa il la opz syllogizare: ⁊ qm̃ insunt que dicta sunt: ⁊ qm̃ gen⁹ q̃d assigna tum est: ⁊ quoniã ꝓpria diffinitio est: ⁊ adhuc preter hec: qm̃ indicat q̃d est esse oratio: ⁊ hec opz bñ fecisse. ¶ Alioꝝ aũt ꝓprium maxime hmõi. ¶ Nã interimere q̃dẽ facili⁹: eo ꝙ ex plurib⁹ pluriũ fit: ꝯstrue- re aũt difficillimũ: qm̃ multa opz ꝯuenire: ⁊ adhuc qm̃ soli inest: ⁊ qm̃ cõuersim p̃dicat̃ de re. ¶ Facillimũ aũt oĩm ꝯstruere accidẽs. ¶ Nã in alijs q̃dẽ nõ solũ inesse: sz ⁊ qm̃ sic insunt ostẽdẽdũ. In accidente ꝟo qm̃ inest tm̃ sufficit ostẽdere. ¶ Destruere autẽ difficillimũ est ac cidẽs. ¶ Qm̃ minima in eo data sũt: nõ ei significat in accidẽte quõ inest. ¶ Quare in alijs q̃dẽ dupl'r interimere cõtingit: vel ostẽdenti qm̃ non inest: vel qm̃. nõ sic inest. In accidẽte ꝟo non est interimere nisi ostẽdenti quoniam non inest. Loci ergo per quos idonei erimus argumentari: pene sufficienter enumerati sunt.

decl'o. 36. loc⁹ decl'o. Ca. 19. 37. loc⁹. Decl'o. E 38. loc⁹. Decl'o. 39. loc⁹. Decl'o. 40. loc⁹ Decl'o. 41. loc⁹.

¶ Septimi Topicorum Aristo. Finis.

¶ Topicorum Aristotelis Liber octauus.

¶ Pars prima de opere opponentis

¶ Loci ad instruendum interrogantem. Cap. primum.



Post hec autẽ de ordine ⁊ qũo opz interroga re: di cendũ est. Opz aũt primũ quidẽ eũ qui interroga re: debet locũ inuenire: vñ sit argumentandũ. Se- cũdo autẽ interrogationes formare ⁊ ordinare sin gula ad se. Reliquũ vero ⁊ tertiũ dicere iam eadẽ ad alterũ. ¶ Ergo donec inueniat locũ: sil'r phi et dialectici cõsideratio. Jã ꝟo hec ordinare ⁊ inter-

A prim⁹ loc⁹ iter rogãtis Scd's. dr̃ia phi ⁊ diale ctici.

UVA. BHSC. IyR_118_1

rogare proprium dialectici: ad alterũ em̃ qđ hmõi est. philosopho autem ⁊ querẽti per se nihil ꝑtinet si vera quidẽ sint ⁊ nota per que syllogizat: nõ autẽ ponat ea qui respõdet: eo ꝙ ꝓpinqua sint eorum que ex principio: ⁊ p̃uideat qđ accidere est: sz forte ⁊ festinabit: quo-
B niã maxime note ⁊ ꝓpinque sunt maxime ꝓpositiones: ex his eni
Cap. 2. disciplinales syllogismi. Ergo loci quidẽ vnde oportet sumere dicti
3. locus. sunt prius. ¶ De ordine autẽ et interrogatione dicẽdũ: diuidendo ꝓ
C pões quecunqꝫ sumẽde sunt preter necessarias: necessarie aũt dicũt per quas syllogismus fit. ¶ Que autẽ preter has sumũtur quatuor sunt. Aut enim inductioĩs gratia: vt det̃ vniuersale: aut in magnitudinem orationis: aut ad celationem conclusionis: aut vt manifestior sit oratio: p̃ter has autẽ nulla sumẽ da est ꝓpõ. Sed per has augere
Cap. 3. ⁊ interrogare tentãdũ est. ¶ Sunt autẽ que ad celationẽ certamĩs
4. locus gratia: sed quia oẽ (qđ eiusmodi est) negotiuz ad alterum est: necesse
5. locus. decl'o. est ⁊ his vti. ¶ Ergo necessarias quidẽ per quas fit syllogismus nõ statim preordinãdũ. sz discedẽdũ in suprema. ¶ Ut non cõtrariorũ ponere eãdẽ disciplinã. si hoc voluerit sumere sed oppositorũ. posito enim hoc: ⁊ quoniã eadẽ cõtrarioꝝ disciplĩa syllogizabitur: eo ꝙ
6. locus decl'o. oppositorũ sunt cõtraria. ¶ Si vero illã nõ ponat ꝑ inductionẽ: sumẽdũ intẽdenti in particularibus cõtrarijs. ¶ Naz aut per syllogismũ: aut per inductionẽ necessaria sumendum. aut has quidẽ indu-
7. loc⁹. ctione: illas aũt syllogismo. ¶ Quecũqꝫ autez valde manifeste sunt ⁊ eas oportet preponere. nam ⁊ obscuris est in discessione semper ⁊ in inductione quod accidere est: ⁊ simul ipsas necessarias preponere. ⁊ ei qui non põt illo modo: sumere paratũ esse. que vero preter has sumpte sũt: accipiẽda quidẽ ꝑꝑ has. Unaquaqz aũt taliter vtẽdum est. inducẽti quidẽ a singularib⁹ in vl'e: ⁊ a notis in ignota nota aũt
8. locus decl'o. magis que secũdũ sensuz: vel simpl'r: vel pluribus. ¶ Celanti vero presyllogizare ea ꝑ q̃ syll's ei⁹ qđ ex principio est fieri debeat: ⁊ hec vt plurimũ. ¶ Erit ãt h̃ siq̃s ñ solũ necessarias: sz si eaꝝ q̃ ad has sũt vti-
9. locus decl'o. les aliquã syllogizauerit. ¶ Ampli⁹ cõclusiões nõ dicere: sz postea syllogizare subitas. ¶ Sic ei longissime discedet q̃ est ex principali positiõe. Ul'r aũt dicẽdũ sic opz interrogare eũ q̃ celanter inq̃rit: vt interrogata oĩ rõne dicta ⁊ cõcl'one: querat̃ ꝑꝑ q̃d hoc aũt erit maxime ꝑ ante dictũ modũ. Nã sola vltima ꝯcl'one dicta: dubiũ est quõ accidit: eo ꝙ nõ preuiderit rñdẽs ex quib⁹ accidit: nõ enodatis prio-
10. loc⁹. decl'o. ribus syll'is. Minime aũt enodat̃ syll's ꝯcl'one: nõ ipsas ꝓpõnes nobis ponẽtib⁹: sz illas a q̃b⁹ syll's fit. ¶ Utile aũt ⁊ nõ ꝯtinuas propõ-
11. loc⁹. decl'o. nes sumere ex q̃b⁹ syll'i: sz ꝑmutatiz ad aliã ⁊ aliã ꝯcl'onẽ. ¶ Positis em̃ ꝯueniẽtib⁹ iuxta se magis qđ accidit ex ipsis manifestũ. ¶ Opz aũt ⁊ diffõnẽ sumere (in q̃b⁹ ꝯtingit) vl'ez ꝓpõnẽ: nõ in ipsis: sz in cõ-
D iugatis. ¶ Paralogizant. n. seipsos: qñ ĩ ꝯiugato sumit̃ diffõ velut nõ vl'r ꝯcedẽtes: vt si oporteat sumere: qm̃ q̃ irascit̃ appetit penã. Su

UVA. BHSC. IyR_118_1

mat̃ aũt. Ira est apppetitus pene ꝓpter apparẽtẽ paruipẽsionẽ: manifestũ aũt qm̃ hoc sumpto habebimus vniuersaliter qđ p̃elegimus. Eis autẽ q̃ in ipsis p̃tẽdũt sepe ex ipsis obsistere accidit respondentẽ: eo ꝙ magis se habeat in ipso instãtia: vt qm̃ nõ oĩs q̇ irascit̃ appetit penã. Nã parẽtibus irascimur q̇dẽ: nõ autẽ penã appetim⁹. Fortassis aũt nõ vera instãtia est: a q̇busdã em̃ sufficiẽs pena est tantuz ⁊ tristari: ⁊ facere penitere: verũtamẽ hz aliquid verisimile: vt nõ videat̃ irrõnabiliter negare ꝓpositũ. In ire aũt diffõne nõ sil̃r facile est instãtiã inuenire. ¶ Amplius ꝓponere opz nõ vt ꝓpter ip̃m: sz alterius gratia eũ q̇ ꝓpõit. ¶ Uerẽt̃ aũt q̃ ad positionẽ sunt vtilia. ¶ Si pl̃r aũt dicẽdũ q̃ꝫ maxime facere dubiũ vtrũ qđ ꝓponit̃ aut oppositũ sumere velit. ¶ Dubio em̃ existẽte: qđ ad positionẽ est vtile magis qđ videtur eis ponũt. ¶ Amplius per sil̃itudinẽ inq̇rere. ¶ Nã ⁊ verisimile etiã latet magis vniuersale: vt qm̃ quẽadmodũ disciplina ⁊ ignorãtia ꝯ̃riorũ eadẽ: sic ⁊ sensus cõtrariorũ idẽ: aut ecõuerso. eo ꝙ sensus idẽ cõtrariorũ ⁊ disciplina. Hoc aũt est simile inductioni: nõ tamẽ idẽ: nã illic q̇dẽ a singularibus vniuersale sumit̃: in similibus aũt nõ est qđ sumit̃ vniuersale: sub quo oĩa sil̃ia sunt. ¶ Opz autẽ ⁊ sibi ipsi qñq̃ instãtiã ferre. ¶ In suspecte em̃ se habẽt rñdentes ad eos qui vident̃ iuste argumẽtari. ¶ Utile etiã dicere qm̃ cõsuetũ est ⁊ dr̃ hmõi. ¶ Pigrescũt em̃ qđ solitũ est mouere instãtiã nõ hñtes: simul ẽt qꝛ vtunt̃ ipsi talib⁹ cauẽt mouere ea alti⁹. ¶ Ampli⁹ nõ sedule agere ⁊ si oĩno vtile sit. ¶ Nã ꝯtra sedule agere ⁊ si oĩno vtile sit. ¶ Et vt in ꝑabola ꝓponere: nã qđ ꝑꝑ aliq̇d aliđ ꝓponit̃: ⁊ nõ ꝑꝑ ip̃m vtile ꝓponẽt magꝫ. ¶ Ampli⁹ nõ ip̃m ꝓponere qđ opz sumere sz cui hoc cõsequẽs ẽ ex necessitate. ¶ Nã ⁊ magis ꝯcedit̃ eo ꝙ nõ sil̃r ex his manifestũ sit qđ accidere est: ⁊ sumpto hoc sũptũ est ⁊ illud. ¶ Et in vltimis interrogare qđ maxĩe vult sumere. ¶ Maxĩe em̃ prima erunt: eo ꝙ plures interrogãtiũ prima interrogãt circa que maxime ꝓperãt. ¶ Ad quosdã aũt: prima q̃ vtilia sũt ꝓpõere. ¶ Nã graues ⁊ primã maxĩe admittũt nisi oĩno mãifestũ sit qđ accidere ẽ: ĩ fine aũt aduersãt̃. Sil̃r aũt ⁊ q̃cũq̃ arbitrãt̃ acuti esse in respõdẽdo ponẽtes eĩ p̃ma ĩ fine frãgũt̃ velut ñ accidat ex his q̃posita sũt. ponũt eĩ credẽtes habitui ⁊ suspicãtes nihi eẽ passuros. ¶ Ampli⁹ ꝓlõgare ⁊ ĩterponere q̃ nihil sũt vtilia ad orationẽ: quemadmodũ falso describẽtes. Nam cum sint plura dubiũ in quo falsum sit q̃re ⁊ occultã qñq̃ interrogantes in abscõso ponentes q̃ per se posita nõ ponerentur. ergo ad celandũ / quẽadmodũ dictum est: vtendum.

Horum vero qui extra dictionē sunt paralogismorum species sunt septem. Una quidem ꝑm accidens. Secunda autē eo ꝙ simpliciter ⁊ nō simpliciter. sz quid est: aut vbi: aut qñ: aut ad aliquid dicitur. Tertia vero scd̄m elenchi ignorantiam. Quarta vero ꝑm cōsequens. Quinta aūt ꝑm ꝙ in principio est sumere. Sexta ꝙ non est cām ꝑm cām sumere. Septima vero plures interrogationes vt vnam facere. ¶ Ergo ꝑm accidēs quidē paralogismi sunt qñ similiter quidlibet assignatū fuerit rei subiecte ⁊ accidenti inesse. nam qm̄ eidem accidunt multa nō necesse est omnibus predicatis: ⁊ ei de quo predicantur hec omnia inesse: nam omnia si erunt eadem quēadmodū sophiste dicunt: vt si corriscus alter est ab homine: ipse est a se alter: est enim homo. Aut si a sorte alter: sor. autē homo: alterum esse ab homine aiunt cōcessum esse: eo ꝙ ac dit a quo dixerit alterum esse hunc esse hominē. ¶ Secundum autē ꝙ simpliciter dicitur hoc: aut quo ⁊ non proprie quando particulariter dicitur: vt simpliciter dictum ponitur: vt si qd̄ nō est opinabile est: qm̄ qd̄ est nō est: non em̄ idem est esse quiduis: ⁊ esse simpliciter: aut rursum quoniam quod est non est. Si eorum que sunt quippiam nō est: vt si non est homo: non enim est idem non esse quiduis: ⁊ simpliciter non esse. Uidetur autem eo quod proxima sunt dictione ⁊ parū differāt esse quiduis ⁊ esse: ⁊ non esse quiduis ⁊ non esse. Similiter autem est: ⁊ quod est secundum quid ⁊ simpliciter: vt indus cum sit niger albus est dentibus: indus albus ergo ⁊ non albus est. Aut si ambo aliquo modo: quoniam simul contraria inerunt. Huiusmodi autem in quibusdam omni considerare facile est: vt si sumens ethiopem esse nigrum: dentibus dicat quoniam albus. Si ergo ibi albus/ quoniam niger ⁊ non niger. putabit disputasse syllogistice: cum perfecerit interrogationem. In quibusdam vero latet frequenter: in quibuscumq; cum aliquo modo dicatur simpliciter videtur sequi: ⁊ in q̄buscumq; non facile est considerare vtrum eorū precipue sit assignādum. Fit aūt huiusmodi in quibus similiter sunt opposita. Uidetur enim aut ambo aut neutrum esse concedendum simpliciter predicari: vt si dimidium quidem album: dimidium vero nigrum: vtrum al-

B

Primus Accidēs Captiones.

C

Scd̄s. Scd̄z q̄d ⁊ simplr. Captiones.

Tertiꝰ. Inscitia redargutionis.

UVA. BHSC. IyR_118_1

bum vel nigrum vel neutrum? ¶ Que autem sunt propter id quod non determinatur quid syllogismus aut quid elenchus: fiunt ꝓpter omissionem orationis. Nam elenchus est contradictio eiusdem et vnius: non nominis/sed rei et nominis: non synonymi/sed eiusdẽ. Ex his que data sunt ex necessitate: non comnumerato quod erat in principio secundum idem: et ad idem et similiter et in eodem tempore. Eodem autem modo est et mentiri de aliquo. Quidam autem omittentes aliquid ex eis que data sunt vidẽtur redarguere: vt quoniam idem duplum et non duplum: nam duo vnius quidem duplum: trium autem non duplum. Aut si idem eiusdem duplum et non duplum: sed non secundum idem. Nam secundum longitudinem duplum: secundum latitudinem vero nõ duplum: aut si eiusdem et secundum idem/ et similiter/ sed non simul. quare est apparens elenchus. Trahet autem aliquis hanc et in his que sunt secundum dictionem. ¶ Que autem in eo quod in principio erat sumere sunt quidem sic: et totidem modis quotiens contingit id quod in principio est petere. Videtur autem arguere eo ꝙ non possint inspicere idem et diuersum. ¶ Qui vero secundum ꝯñs est elenchus: eo ꝙ putent conuerti consequentiam. Nam si cum hoc est ex necessitate illud sit: et cum illud est putant et alterum esse ex necessitate: vnde et que circa opinionem sunt ex sensu fallacie fiunt. Sepe enim fel mel suspicati sunt: eo ꝙ sequitur flauus color mel: et quoniam accidit terram pluuia fieri madidam: et si sit madida opinantur pluisse: hoc autem non necessarium est. Et in rethoricis que secundum signa sunt ex consequentibus insunt demonstrationes: volentes enim ostendere / quoniam adulter: quod consequens est accipiunt quoniam comptus aut quoniam in nocte videtur errabundus: pluribus autem hec quidem insunt: predicatum vero non inest: similiter autem ⁊ in syllogisticis. vt Melissi ratio: quoniam infinitum est vniuersum: sumens vniuersum quidem ingenitum esse. Nam ex nihilo fieri. Quod autem factum est ex principio fieri. Si ergo non factum est principium non habet vniuersum: quare infinitum. Non necesse est autem hoc accidere. non enim si omne quod factum est principium habet et quicquid principium habet factum est: velut non si febris est calor: ⁊ calidum necesse est febrem esse. ¶ Que vero secundum non causam vt causam: cum assumitur quod non causa velut propter illud fiat redargutio. Accidit autem huiusmodi in syllogismis ad impossibile: nam in his necessarium interimere aliquid ex his que posita sunt. Si ergo enumeretur in necessariis interrogationibus ad id ad quod accidit impossibile videbitur propter hoc fieri sepe redargutio: vt quoniam non est anima et vita idem. Nam si corruptioni generatio contrarium: et alicui corruptioni quedam erit ge-

D

E

Quid redargutio.

Captiones.

Quartꝰ Petitio pncipij.

F

Quintꝰ Consequens.

G

Sextus nõ cã vt causa.

Captiones.

H

UVA. BHSC. IyR_118_1

neratio contraria. Mors autē corruptio quedam ⁊ contrarium vi-
ta: quare vita generatio ⁊ viuere generari: hoc autez impossibile: nō
ergo idem anima ⁊ vita. Non autem syllogizatum est: accidit enim ⁊
si non dicat aliquis idem animam ⁊ vitam impossibile: sed solum cō
trarium quidam vitam morti cum sit corruptio: corruptioni autē ge
nerationem: ergo insyllogizate quidē simpliciter non sunt hmōi ora
tiones: sed ad propositum aūt insyllogizate. Et latet plerūq; non mi
nus ipsos interrogantes hmōi. ergo propter cōsequens: ⁊ ꝓpter nō
causam hmōi argumentatiōes sunt. ¶Que aūt in eo q; duas inter
rogationes vt vnā faciūt quādo plures latet esse: ⁊ quasi vnius assi
gnatur responsio vna. In aliqbus facile videre qm̄ plures: ⁊ qm̄ non
reddenda responsio vna: vt vtrū terra mare est: aut celum. In aliqui
bus aūt minus: ⁊ quasi vna sit: aut concedunt in eo q; non rideant
ad interrogatum: aut redargui videntur: vt putasne hic ⁊ hic est ho
mo: quare cū aliquis percusserit hunc ⁊ hunc hominem: sed non ho
mines ꝓcutiet. Aut rursum quoꝝ hec quidem sunt bona: illa aūt nō
bona: oia aut bona aut non bona. Utrum em̄ dixerit: aut quidē elen
chum: aut falsum apparens videbitur facere nam dicere eoꝝ que nō
bona sunt aliquid esse bonum: aut eorum que bona sunt non bonū:
falsum. Quandoq; autem assumptis quibusdam: ⁊ elenchus fietve
rus: vt si quis concedat similiter vnum ⁊ plura dici alba ⁊ nuda ⁊ ce
ca. Nam si cecum est quod non habet visum natum autem habere:
⁊ ceca erunt que non habent visum / nata autem habere. Quādo er-
go hoc quidem habet visum: illud autem non habet: ambo erūt vel
videntia / vel ceca: quod est impossibile.

Septim⁹ plures interrogationes vt vna. Captiones.

¶Omnes sophisticas redargutiones in ignorantia redargutionis revocatum iri. Cap.v.

Ca.iiij

Ut ergo sic diuidendum apparentes syllogismos et elen-
chos: aut omnes reducendum in elenchi ignorantiam his
qui hanc principium faciūt. Est enim omnes resoluere dic-
tos modos in elēchi diffinitionem. Primum quidem est
si immodificati. Oportet enim ex his que posita sunt accidere cōclu
sionē: vt dicatur ex necessitate sed non videatur. ¶Deinde ⁊ ꝑm par
tes diffinitiones: nam eorum que sunt in dictiōe: hi quidem sunt ꝑm
dupler: vt equiuocatio et oratio / et similis figuratio. Consuetum
enim est hec omnia vt quod aliquid significare. Compositio autem
et diuisio ⁊ accentus in eo q; non eadem est oratio: vel nomen diffe-
rens. Oportebat autem ⁊ hoc esse: quemadmodum et rem eandem
si debeat elenchus vel syllogismus fieri: vt si tunica non vestis syllo
gizetur: sed tunica. nam verum est et illud: sed non syllogizatum est:
sed adhuc interrogatione indiget: quoniam idem significat et ad eū

Redar-
gutio
nes.
in dictio
ne.

qui inter-

UVA. BHSC. IyR_118_1



qui interrogat quare. ¶ Qui vero ꝑm accidens diffinito syllogismo manifesti fiũt: nam eandem diffinitionem opꝫ syllogismi ⁊ elenchi fieri/verum adiacere ꝯtradictionem: nam elenchus syllogismus est cõtradictionis. Si ergo non est syllogismus accidentis non fiet elenchus. Nõ enim si cũ hec sint necesse hoc esse: hoc aũt est albũ: necesse est album esse per syllogismũ: neq; si triangulus duobus rectis eq̃les hꝫ tres angulos: accidit aũt ei figurã esse: vel primũ vel principiũ: ꝙ figura vel primũ vel principiũ hoc est. Nã non quatenus figura vel primuꝫ vel principiũ: sed in eo ꝙ triãguli demõstratio. silr aũt ⁊ ĩ alijs. Quare si elẽchus syllꝰs quidã nõ erit q̃ ꝑm accidẽs sit elẽchꝰ: sed ꝑm hoc: ⁊ artifices ⁊ oĩno scientes arguũtur ab inscijs: ꝑm accidẽs em̃ faciũt syllꝰos ꝯ sapiẽtes. Qui ꝟo nõ pñt diuidere: aut interrogati ꝯcedũt/ aut cũnõ dẽt putãt dedisse. ¶ Qui aũt ꝑm quid ⁊ simplr: qm̃ nõ de eodẽ affirmatio ⁊ negatio est. Nã ꝑm quid albũ/ꝑm quid nõ album: simplr aũt albi simplr nõ albũ negatio. Si ergo dato ꝑm q̃d esse albũ vt simplr dictũ accipit nõ facit elẽchũ: videtur aũt eo ꝙ ignorat/ quid est elenchꝰ. ¶ Manifestũ aũt oĩm qui prius dicti sunt ꝑm elenchi diffinitionẽ: q̃re ⁊ nũcupati sunt sic. Nã ꝑm rõnis omissionẽ phãtasia fit: ⁊ diuisis sic/cõis in oĩbus his ponẽda est orõnis diminutio ¶ Qui ꝟo in eo ꝙ sumitur hoc qđ erat in p̃ncipio: ⁊ nõ causa vt cã ponit/manifesti fiũt per diffinitionẽ. Opꝫ etem̃ ꝯclonẽ eo ꝙ hic sunt sinit accidere: qđ nõ erat in nõ causis. Et rursum nõ enũerato eo qđ ex p̃ncipio: qđ nõ hñt esse qui sunt ꝑm petitionẽ eius qđ in p̃ncipio. ¶ Qui vero ꝑm ꝯñs: ꝑtes sunt accidẽtis. Nã ꝯñs accidit: differt autẽ ab accidẽte: qm̃ accñs quidẽ est in vno solo sumere: vt idẽ esse rubeũ: ⁊ mel: ⁊ albũ: ⁊ cygnũ: q̃ aũt ꝑm ꝯñs semꝑ in plurib⁹. Nãq; q̃ vni ⁊ eidẽ sunt eadẽ: ⁊ sibi inuicẽ ꝓbamus esse eadem: ꝑꝑ qđ fit ꝑm ꝯñs elenchꝰ. Est aũt nõ oĩno verũ: vt si sit albũ ꝑm accñs: nam ⁊ nix ⁊ cygnus albo idẽ. Aut rursum vt in Mellissi rõne: idẽ esse accipit factũ esse ⁊ principiũ hr̃e: aut equalia fieri: ⁊ eandeꝫ magnitudinẽ accipe: qm̃ em̃ qđ factũ ẽ hꝫ p̃ncipiũ: ⁊ qđ hꝫ p̃ncipiũ factũ eẽ postulat: tãq̃ ambo eadẽ sint: eo ꝙ p̃ncipiũ habent factũ esse ⁊ terminatũ. Similiter autẽ ⁊ in his q̃ equalia facta sunt/eandẽ ⁊ vnã magnitudinẽ sumentia: equalia fiũt: ⁊ q̃ eq̃lia facta sunt/vnã magnitudinẽ accipiũt: quare cõsequens sumet. Qm̃ ergo ꝑm accidens elenchus in ignorãtiam elenchi est manifestũ est: qm̃ ⁊ qui ꝑm cõsequẽs. Perspiciendũ autem hoc ⁊ aliter. ¶ Qui vero in eo ꝙ plures interrogationes vnã faciunt in eo sunt ꝙ nõ enodamus ꝓpõnis diffinitionem. Nã propositio vnũ de vno est. nam eadem diffinitio vnius solius ⁊ simpliciter

Accñs. A

B Scđꝫq̃d ⁊ simplr

Inscitia redargutiõis

Petitio p̃ncipij. Nõ causa vt cã. Consequens.

Captiones.

Plures interrogatiões vt vna. C

UVA. BHSC. IyR_118_1

rei: vt hominis ⁊ vnius tantũ hominis: similiter autem ⁊ in alijs. Si ergo vna tantũ ꝓpositio est: que vnũ de vno assignat: ⁊ simplr̃ erit ꝓpositio hmõi interrogatio qm̃ autem syllogismus ex ꝓpõnibus est: elenchus aũt syll's / ⁊ elenchus est ex ꝓpõnibus. Si ergo propositio vnum de vno manifestum: qm̃ ⁊ hoc est in elenchi ignorantiã. Videtur enim esse ꝓpositio q̃ non est ꝓpositio. si ergo dedit rñsionẽ vt ad vnã interrogationẽ erit elenchus. Si aũt non dedit sed videtur apparens elenchus: quare oẽs loci cadunt in ignorantiam elenchi. Ergo qui sunt ꝑm dictionem: qm̃ apparens contradictio: quod erat ꝓprium elenchi. Alij autem ꝑm syllogismi diffinitionem.

Cap. 5. Equiuocatiõis.

¶ Cause deceptionum / captionũ sophisticarũ. Ca. vj.

A Amphibologie. Cõpositionis. Diuisionis. Accent⁹ Figure dictiõis Figura

Fallacia autem fit in his quidem que sunt ꝑm equiuocationem ⁊ orationem cum nõ potest diuidi quod multipliciter dicitur: quedam enim non est idoneum diuidere vt vnum ⁊ ens ⁊ idem. ¶ In his autem que sunt ꝑm cõpositionem ⁊ diuisionem: eo ꝙ nihil putatur differre: composita ⁊ diuisa oratio: velut in plurimis euenit. ¶ Silr̃ autem ⁊ in his que sunt ꝑm accentũ. Nõ enim aliud videtur significare remissa ⁊ intensa oratio in aliquo: aut non in pluribus. ¶ Eorum vero que sunt ꝑm figuram: propter similitudinem dictiõis. Difficile enim diuidere: que similiter ⁊ diuerse dicuntur. Pene enim qui hoc potest facere: ꝓpe est videre verum.

B dictiõis fallaciaĩ dictione

Maxime autem sciet inuenire: quoniam omne quod de aliquo predicatur: opinamur hoc aliquid esse: ⁊ vt vnum intelligimus. Nã vnũ ⁊ substantiam maxime videtur seq̃ hoc quod ẽ aliq̃d ⁊ ens. ¶ Quare in his que sunt ꝑm dictionem hic locus ponendus. Primum quidem quoniam magis fallacia fit his qui cum alijs considerant q̃ q̃ per seipsos. nam que cum alio est consideratio per orationes: que autem per seipsos non minus per ipsam rem. Deinde ⁊ per seipsos salli accidit: cum in orationem facit cõsiderationem. Amplius fallacia quidem ex similitudine: similitudo autem ex dictione. ¶ In his autem que sunt ꝑm accidens: eo ꝙ non potest dijudicare idem ⁊ diuersum: ⁊ vnum ⁊ multa: neq; quibus predicatorum omnia hec: ⁊ rei accidunt. ¶ Similiter autem ⁊ in his que sunt ꝑm consequens. Pars enim quedam accidentis est consequens. Amplius autem ⁊ in pluribus videtur ⁊ probatur sic: si hoc ab illo non separatur: neq; ab altero separatur alterum. ¶ In his vero que sunt ꝑm diminutionẽ orationis: ⁊ in his que ꝑm quid ⁊ simpliciter: in eo ꝙ pene fallacia est. Nam quasi nihil cõsignificat quid aut aliquo modo: aut simplr̃: aut nunc: aut alicubi: aut nũc vniuersaliter cõcedimus. ¶ Silr̃ autem ⁊ in his ꝙ que in p̃ncipio sumunt ⁊ in nõ causis. Et q̃cunq; interrogationes plures vt vnam faciunt. In oĩbus em̃ est fallacia ob ib quod propter parum. Non enim subtiliter discernimus: neq; propositiõis: neq; syllogismi diffinitionem: propter predictam causam.

Accidentis. Cõseq̃ntis. Ignorãtie r̃dargutiõis: ꝑm q̃d ⁊ simplr̃. Petitionis p̃ncipij: non cause vt cause. Secũdũ ples iterrogationes vt vnam.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ Ex quibus locis captiones falsi. Cap. vij.

Quoniam aũt habemus ꝑm quot fiũt apparẽtes syllogismi: habemus ⁊ ꝑm quot sophistici syllogismi ⁊ elẽchi. Dico autem sophisticũ elenchũ ⁊ syllogismũ: nõ solũ eũ qui videtur syll's vel elẽchus: nõ est aũt: sed etiã qui est quidẽ: videt̃ autem conueniens rei. Sunt autem hi qui non ꝑm rẽ redarguũt ⁊ monstrant ignorantes: qđ quidem erat tentatiue. Est autẽ tẽtatiua pars dialectice. hic autẽ potest syllogizare falsum ꝓpter ignorantiã eius qui dat orationem. Sophistici aũt elenchi ⁊ si syllogizẽt cõtradictionem/ nõ faciunt manifestũ si ignoret. nam ⁊ scientẽ impediũt his orationibus. ¶ Qđ aũt hẽmus eos: eadẽ via manifestũ. Nam ꝑm q̃ vident̃ audientibus velut interrogata syllogizare: ꝑm hec ⁊ respõdẽti vtiq; videbitur: quare erunt syllogismi falsi per hec. aut oĩa/ aut quedam. Qđ enim non interrogatus arbitratur dedisse: ⁊ interrogatus ponet idẽ. Uerũ in quibusdã simul accidit ⁊ interrogare quod deest. ⁊ falsum apparere: vt in his que sunt ꝑm dictionẽ ⁊ solecismũ. ¶ Si ergo paralogismi cõtradictionis ꝑm apparẽtem elenchum sunt: manifestũ est. qm̃ ꝓpter tot erũt ⁊ falsoꝝ syllogismi ꝑm quot ⁊ apparẽs elenchus. Apparens aũt ꝓpter particulas veri. nam cũ singulũ defuerit: videbitur elenchus. vt qđ ꝓpter nõ accidens: ꝓpter orationẽ/ que ad impossibile: ⁊ que duas interrogationes vt vnã facit: propter ꝓpositionẽ: ⁊ ꝓpter idem qui ꝑm accidens: ⁊ hmõi pars qui ꝑm consequens. Amplius nõ in re. sed in orõne accidere. Deinde ꝓpter vniuersalem cõtradictionẽ: ⁊ ꝑm idez ⁊ ad idẽ ⁊ similiter: ⁊ ꝑm qđ in aliquo vel ꝑm singulum horũ. Amplius sed non cõnumerato qđ in p̃ncipio: quod erat in principio accidere. Quare habebimus ꝑm quot fiunt paralogismi. Nam ꝑm plura non erunt: ꝑm autem ea que dicta sunt/ erunt omnes. Est autem sophisticus elenchus non simpliciter elenchus sed ad aliquem: ⁊ syllogilmus similiter. Nam si non sumat id quidem quod est propter equiuocationem/ est vnum significare: ⁊ qui ꝑm similem formam solum hoc: et in alijs similiter: neq; elenchi neq; syllogismi erunt: neq; simpliciter: neq; ad eum qui interrogatur Si autem sumant ad eum quidem qui interrogatur erũt: simpliciter autem non erunt. Non enim vnum significatum sumpserunt/ sed apparens: apud illum quidem.

Cap. 6. Unde sunt sophistici. syllogismi. A

B

De sophistico elencho. C

¶ De veris ⁊ falsis redargutionibus. Cap. viij.

Secundum autem que arguunt qui elenchis vtuntur: non oportet tentare sumere/ sine omnium que sunt scientia: hoc autem non vnius est artis. Infinite enim sunt fortasse scientie. Quare manifestum quoniam et demonstrationes: elenchi autem sunt ⁊ veri. Nam quecũq; est demõstrare: erit ⁊ redarguere eum qui ponet contradictionem veri: vt si cõmensurabilem coste diametrum posuit redarguet q̃s demõstratiõe: qm̃ sit incommẽsura-

A Ueri elẽchi inumeri.

UVA. BHSC. IyR_118_1

bilis. Quare oīz oportebit sciētes esse. nā alij q̄dē erūt ꝑz ea q̄ ī geometria sunt principia: ⁊ horū ꝯclusiōes. Alij aūt ꝑz ea q̄ in medicina
B Alij ꝟo ꝑm ea q̄ sunt aliarū disciplinarū. ¶ Sz ⁊ falsi elenchi similr infiniti erūt. ¶ Nā ꝑm vnāquāq̄ artem est falsus syll's: vt ꝑm geometriam geometric⁹: ⁊ ꝑm medicinā medicinalis. Dico aūt secundū artē/ꝑm illius principia. ¶ Manifestuz est ergo qm̄ nō oīuz elenchorū. sz eoꝝ q̄ sunt scd̄m dialecticā sumēdi loci. ¶ Nam hi cōes ad oēm artem ⁊ potētiam. Et eum q̄dē q̄ est ꝑm quāq̄ disciplinā elenchū: sciētis est cōsiderare. siue cū nō sit videtur: siue cū est/⁊ q̄re est. eum aūt q̄ ex cōibus est: ⁊ sub nullam artem cadit: dialecticorum. Nā si habemus ex quibus ꝓbabiles syllogismi in quolibet: ⁊ habemus ex q̄bus elenchi: nā elēchus est cōtradictionis syllogism⁹ quare aut vn⁹ aut duo syllogismi cōtradictionis elēchus est. ¶ Habemus ergo ꝑm que omnes huiusmodi sunt. si aūt hec habemus et solutiones habemus: nā horū instantie solutiones sunt. Habemus aūt ꝑm q̄ fiūt ⁊ apparētes fiūt: apparentes autē nō cuilibet sz talib⁹ infinita em̄ sunt siquis ꝯsideret illa ꝑm q̄ apparēt q̄buslibet. ¶ Manifestū: qm̄ dialectice est posse sumere secundum que fit per communia: vel qui est elenchus: vel apparēs elenchus: vel dialecticus: vel apparens dialecticus vel tentatiuus.

Costa

Falsi in numeri.

C

D



¶ Orationes ad nomē ⁊ ad intellectū nō bñ deduci. Cap. ix.

Cap. 7. Ad nomē ⁊ ad intellectum.



On est aūt differentia orationū quā q̄dā dicūt esse: has q̄dē ad nomē: illas aūt ad intellectū: inconueniēs est em̄ opinari: alias quidē esse ad nomē orationes: alias autē ad intellectū: sz nō easdē. Quid em̄ est nō ad intellectū nisi qñ ñ vtit nomine (qui putat interrogare) eo ad qd̄ is qui interrogatus est dedit: idē aūt hoc est ⁊ ad nomē ⁊ ad intellectū aūt: qm̄ ad hoc dedit intelligens. Si aūt aliq̄s (plura significante nomine) vnū putet significare ⁊ interrogans ⁊ interrogatus (vt forte ens ⁊ vnū plura significāt: sz ⁊ respōdēs ⁊ interrogās Zeno vnū putās esse interrogauit: ⁊ est oratio: qm̄ vnū oīa.) hec aūt ad nomē est: aut ad intellectū interrogātis disputata. Si ꝟo aliq̄s multa putet significare: palā qm̄ nō ad intellectū est. primū ergo circa hmōi orationes est ad nomē ⁊ ad intellectū: q̄cūq̄ plura significāt. Deinde circa quālibet est. nō em̄ in oratione est ad intellectū esse: sz in eo ꝙ respōdēs se habet aliquo modo ad ea q̄ dant. Deinde ad nomen omnes eas contingit esse. Nam esse ad nomen hoc in loco est non ad intellectum esse. Nam si nō omnes erunt quedam alie: neq̄ ad intellectum: neq̄ ad nomen: hoc vero dicunt omnes: ⁊ diuidunt vel ad nomen vel ad intellectum esse

UVA. BHSC. IyR_118_1

oẽs: alꝫ autẽ nõ. Attamẽ q̃cunq; syllogismi sunt in eo ꝙ multiplici-
ter sunt horum aliq̃ q̃ ꝟm nomẽ sunt. Nã incõueniẽter dictũ est ꝟm
nomen dicere esse oẽs qui sunt ꝟm dictionem. Sed sunt quidã para
logismi nõ in eo ꝙ respondens se habet ad eos aliquo modo: sed ꝙ
hmõi interrogationẽ oꝛo ipa hꝫ q̃ plura significat. ¶ Et oĩno icõue A
niẽs de elẽcho disputare: ⁊ nõ priꝰ de syllogismo. Nã elẽchus syllo- Syllus
gismꝰ ẽ: q̃re oꝫ ⁊ d̃ syllogismo prius / q̃ꝫ de falso elẽcho. Est aũt hmõi redargu
elẽchus apparens syllogismus ꝯtradictionis. ¶ Quare aut in syllo tiõe ꝑor.
gismo erit causa aut in cõtradictione (adiungere em̃ oportet contra- B
dictionem) quãdoq; aũt in vtrisq; apparens elenchus: est aũt de eo Redar-
quidem qd̃ est tacentẽ dicere in cõtradictiõe: nõ in syllogismo: de eo gutionũ
autem ꝙ est qd̃ nõ habet aliquis dare in vtrisq;: de eo autem qd̃ est cãe.
qm̃ Homeri poema figura est per circulũ in syllogismo: qui autez in
vtroq; verus syllogismus. Sed vnde sermo venit reuertamur. vtrũ C
que in disciplinis sunt orationes ad intellectũ sunt vel non? Et si cui
videtur plura significare triangulus: ⁊ dedit nõ vt hanc figuram de
qua concludebat: qm̃ duo recti. vtrũ ad intellectũ illius hic disputa
uit vel nõ. Amplius si plura quidem significat nomen: ille autez nõ
intelligit neq; putat: quo modo hic nõ ad intellectũ disputauit: aut
quo modo opꝫ interrogare: eũ qui nõ dat diuisionẽ siue interroget
aliquis si est tacentem dicere: aut non est quidem vt non: est autẽ vt
sic. Si autem aliquis det nullo mõ: ille autem disputet: vtrũ non ad
intellectũ disputat: quãuis oratio videatur earũ esse que ꝟm nomẽ
sunt. Non ergo aliqd̃ genus oꝛonum ad intellectũ: sed he quidẽ ad
nomen sunt: ⁊ hmõi non omnes neq; elenchi: neq; apparentes elen-
chi. Sunt enim ⁊ non secundum dictionem apparentes elenchi: vt
qui ꝟm accidens ⁊ reliqui. ¶ Si autez aliquis ꝓhibet diuidere: qm̃
dico est tacentem dicere. hec quidẽ sic: illa autẽ nõ sic. tñ hoc est pri-
mũ qd̃ inconueniens postulare. Quãdoq; em̃ nõ videtur interroga D
tũ multipliciter se habere. impossibile aũt diuidere q̃ nõ putat. Dein
de docere quid aliud erit. manifestũ em̃ faciet se quõ hꝫ ei: qui neq;
considerat / neq; scit / neq; opinat̃ qm̃ aliter dicitur. Deinde ⁊ in non
duplicibus quid prohibet hec pati vel facere: vt putas equales sunt
vnitates binarijs / in quaternarijs? sunt aũt binarij hi quidẽ sic vni-
ti: illi autẽ nõ sic: ⁊ putas cõtrarioꝝ vna est disciplina vel nõ? sunt au
tem contraria hec quidẽ nota: illa vero ignota. Quare videt̃ ignora
re q̃ hoc postulat: qm̃ alid̃ est docere q̃ꝫ disputare: ⁊ qm̃ opꝫ q̃dẽ do
centẽ nõ interrogare: sꝫ eũ manifesta facere: illũ aũt interrogare.

De iterrogatõe tẽtatiue: ⁊ q̃d iter ꝯtẽtiosuꝫ sophisticũq; intersit. c. x. A



Amplius vt affirment vel negent probare non monstran- Tẽtati-
tis est: sed experimentum sumentis. nam tentatiua est dia ua q̃d i-
lectica quedam: quapropter de omnibꝰ inspicit: ⁊ conside terrogat
rat non scientem / sed ignorãtem atq; simulantem. ¶ Qui

UVA. BHSC. IyR_118_1

B ergo ꝑm rem considerat cōia/dialecticus est: qui aūt hoc apparenter facit/sophisticus. ¶ Et syllogismus litigiosus ⁊ sophisticus est vnꝰ quidē apparens syllogisticus de q̄bus dialectica tētatiua est. ⁊ si vera sit cōclusio. nam eius qui ꝓpter q̄d deceptorius est: ⁊ quicūq̄ (cuz non sint) ꝑm singulorum viam paralogismi videntur esse ꝑm artem. C Nam false descriptiones non litigiose. nam ꝑm ea que sub arte sunt paralogismi. neq̄ si qua est falsa descriptio circa verū: vt Hippocratis quadratū q̄d ꝑ lunulas: sed vt Brisso quadrauit circulū: tametsi quadraret circulus: tñ qr nō ꝑm rem/⁊ ideo sophisticus: quare ⁊ qui de his est apparēs syllogismus: litigiosa ē oratio: ⁊ q̄ ꝑm rē est apparens syllogismus: ⁊ si sit syllogismus: litigiosa erit oratio: nam apparens est ꝑm rem: quare fallax ⁊ iniustꝰ. Quēadmodum enim ea que in certamine est iniuria speciem quandam habet veri: ⁊ est quedam iniusta certatio: sic in cōtradictione iniusta contentio est litigiosa: nā ⁊ illic qui omnino vincere volūt/omnia tentāt: ⁊ hic qui contentiosi sunt. ¶ Ergo qui ob victoriā ipsam tales sunt: litigiosi hoīes/⁊ rixe amici videntur esse. qui autem propter gloriaz que in diuitijs sophistici. nam sophistica est dialectica quedam vt diximus ab apparente sapientia propter q̄d apparentem demonstrationem appetūt. ¶ Et in eisdem orationibus quidē sunt litiū amatores (⁊ sophiste: sed non propter eadem. ⁊ oratio eadem erit sophistica/⁊ litigiosa: sed nō ꝑm idem: sed in eo quidem ꝙ propter apparentem victoriam litigiosa. in eo vero ꝙ propter sapientiam sophistica. nā sophistica est apparens quedam sapientia: non autem existens. ¶ Litigiosus autem est qui quodāmodo sic se habet ad dialecticum: vt falsigraphus ad geometricum. Nam ex eisdem disserendi modo paralogizat/velut ⁊ falsigraphus geometrice. sed hoc quidem nō litigiosus quoniā ex principijs ⁊ conclusionibus que sunt sub arte falso describit. Qui autem ex his est que sunt sub dialectica circa alia quidez quoniā litigiosus sit manifestū: vt quadratura que est quidē per lunulas nō litigiosa: Brissonis autem litigiosa: ⁊ hunc quidem non est transferre nisi ad geometriam tantum: eo ꝙ ex proprijs fit principijs. Illum autez ad plures quicunq̄ non sciunt quid possibile est in vnoquoq̄: ⁊ quid impossibile nō. Aptabitur autez vt Antipho quadrauit: vel si quis dicat nō melius esse post cenam deambulare per Zenonis rationem: non medicinalis. cōmunis enim est. Si ergo omnino similiter se haberet litigiosus ad dialecticum: vt falsigraphus ad geometram: non esset de illis litigiosus.

Dr̄nt dialecticꝰ ⁊ sophista. Cap. 8.

C Sil'es sūt syll's litigiosus ⁊ sophisticus.

Tres āte Aristotelis tpa ad mōstrandā circu

D li q̄draturā maximopere insudasse leguntur ātiphon hyppocrates Brisson dr̄nt litigiosi ⁊ sophiste Eadem or̄o alia rōe: litigiosa et sophistica.

Qūo litigiosa or̄o ad dialecticam.

¶ Orationes dialecticorum/tentatiborūq̄: non esse ad determinatum genus. Cap. xi.

Dialecticꝰ nō est determiati generis.

A Hunc autē nō est dialecticus circa genꝰ aliquod determinatum: neq̄ ostensiuus vllius: neq̄ talis qualis vniuersalis. neq̄ em̄ sunt oīa in vno aliquo gñe. neq̄ si essent: possibile

UVA. BHSC. IyR_118_1

sub eisdem principijs esse ea que sunt. ¶ Quare ⁊ nulla ars demon
stratiua alicuius nature interrogatiua est: nõ enim possibile vtranli- B
bet partium dare. Nã syllogismus non fit ex vtrisq̃. dialectica aũt in Nulla scia iter
terrogatiua est (si aũt ostẽderet: quid illud nisi ⁊ oĩa?) sed prima ⁊ ꝓ- rogat.
pria principia nõ interrogans. nã si nõ daret: iam nõ haberet ex qui-
bus amplius disputaret ad instantiã. ¶ Talis aũt est ⁊ tentatiua: ne Tenta-
q̃ em̃ tẽtatiua talis est qualis est in geometrica: sz quã habeat ⁊ nõ tiua: in-
sciens aliquis. est em̃ experimentũ sumere nõ scientis: ⁊ eũ qui nescit terroga
rem: siquidem dat nõ ex quibus nouit: neq̃ ex ꝓprijs: sed ex cõsequẽ tiua est
tibus. quecũq̃ talia sunt q̃ scientem quidem nihil prohibet non scire nulli⁹ de
artem. nõ scientẽ autem necesse est ignorare. Quare manifestũ: quo- termina
niam nullius determinati tentatiua disciplina est: eo ꝙ de oĩbus est. ti gñis.
nam omnes artes vtũtur cõibus q̃busdã. ¶ Quare oẽs etiam idio- C
te quodãmodo vtuntur dialectica ⁊ tẽtatiua. ¶ Nã omnes vsq̃ ad Illitte-
quid conãtur dijudicare pronunciantes. hec aũt sunt cõmunia. nam rati dia
ea nihil minus sciunt ipsi: q̃uis videãtur valde extra dicere. ¶ Re- lectica ⁊
darguũt ergo oẽs. nã sine arte participãt id de quo artificialiter dia tentati-
lectica est. ⁊ arte syllogistica: tẽtatiuus / dialecticus. ¶ Quoniã autẽ ua vtũt.
sunt multa quidem hec ⁊ de omnibus: non talia aũt vt natura q̃daz D
sit ⁊ genus. sed velut negationes: alia aũt non talia sed propria sunt. Dialec-
Est em̃ de his omnibus experimentum sumere / ⁊ esse artem quãdã ctica ars
⁊ nõ talem esse quales q̃ demõstrant: eo ꝙ litigiosus nõ est sic se ha cõium.
bens oĩno: vt falsigraphus. Nõ em̃ erit paralogismus ex determina
ti cuiusdam generis principijs. sed circa genus omne erit litigiosus.
¶ Loci ergo de sophisticis elenchis hi sunt. Quoniam autez est dia Epilog⁹
lectici considerare de his / et posse ea facere: non difficile est videre.
Nam que circa propositiones est methodus omnem habet hãc spe-
culationem. ⁊ de elenchis quidem apparentibus: dictum est.

¶ Loci sophistici interrogantium ad falsum aut ino-
pinabile. Cap. xij.

Falsum autem in aliquo ostendere: ⁊ orationem ad inopina Prim⁹
bile ducere: hoc enim fuit ꝑm propositum sophistice inten- locus.
tionis. Primum quidem est ex eo ꝙ interrogat quodãmo-
do: ⁊ per interrogationem maxime accidit. Nam id ad nul-
lum determinatum propositum interrogare venatiuum est horum:
nam vane dicentes peccant magis. vane autem dicunt quãdo nihil
habent propositum. ¶ Et id interrogare multa (quãuis determina- A
tum sit ad quod disputant) ⁊ ea q̃ videntur dicere probare: facit quã 2. locus
dam idoneitatem: vt ad inopinabile ducat / vel falsum. ¶ Et si inter- 3. locus.
rogatus affirmet aut neget aliquid horum ducere ad que argumen
tari idoneus est: possunt aũt nunc minus ledere per hoc q̃ prius: exi
gũt em̃ aliq̃d ad id qđ est in ꝑncipio. ¶ Elemẽtũ aũt deueniẽdi aut
ad falsuz aliqđ: aut inopinabile: nullã statiz interrogare positionẽ: sz 4. locus

UVA. BHSC. IyR_118_1

confiteri ob hoc se interrogare quod discere velit: locum enim argu-
Z mentationis facit cōsideratio. ¶ Ad mentientē aūt ostendendū pro
5. locus prius locus sophisticus est: ducere ad talia ad que abūdet ofonib⁹.
est aūt z bene z nō bene hoc facere: quemadmodū dictum est prius.
6. locus ¶ Rursum vt qō extra opinionē est ducat: considerare ex quo gene
re est qui disputat / deinde interrogare quod pluribus hi dicant ino-
7. locus pinabile. Est autem singulis aliquid tale. ¶ Elementum aūt horuz
singulorū sumere positiones in ꝓpōnibus. Solutio vero z horū cō-
8. locus petens fertur: sed ostendere quoniā nō ꝓpter ofonem accidit impro
babile. semper aūt hoc vult qui contendit. ¶ Amplius autem ex vo
luntatibus z manifestis opinionibus. non em eadem z volunt z di-
cunt: sed dicūt quidem decoratissimas ofones: volunt autem ea que
videntur prodesse: vt bene mori magis q̄ viuere voluptuose dicunt
¶ oportere: z agere iuste magis q̄ diuitijs affluere praue: volunt autez
contraria. Ergo eum qui dicit p̄m volūtates ad has manifestas opi
niones ducendum. eum vero qui p̄m has: ad abscōsas: vtrūq; enim
necessarium extra opinionem ducere: aut em ad manifestas / aut ad
9. locus obscuras opiniones dicūt cōtraria. ¶ Plurimus autē locus est faci
endi que extra opinionem sunt dicere: sicut z callicles in gorgia scri-
ptus est: dicens: z veteres omnes arbitrati sunt accidere in eo q̄ p̄m
naturam / z p̄m legem: cōtraria enim esse naturā z legem dicunt: z iu
stitiam p̄m legem quidē esse bonū: p̄m naturā autē non bonū. Opor
tet ergo ad eum quidem qui dicit p̄m naturā / p̄m legem obuiare. ad
eum vero qui p̄m legem in naturā ducere: vtrūq; enim dicere est qō
extra opinionem est. Erat aūt eis p̄m naturā quidem ipsis verū. p̄m
legem aūt qō pluribus videtur. Quare manifestū: qm et illi / quēad-
modum z qui nūc / aut redarguere: aut ad qō extra opinionem esset
10. loc⁹. dicere respondentē / conabātur facere. ¶ Quedam autem interroga
tiones habent vtrinq; improbabilem responsionem: vt vtrū sapienti
bus / aut patri oporteat obedire. z expedientia facere aut iusta: z in-
11. loc⁹. iuriam pati melius q̄ nocere. ¶ Oportet aūt ducere ad ea que plu-
ribus z sapientibus sunt cōtraria. Nam si dicat aliq̄s vt hi qui circa
rōnes ad ea que pluribus. si aūt vt plures in ea que his qui in rōne:
11. locus dicunt em hi quidem ex necessitate beatū iustū esse: pluribus aūt im-
probabile est regē nō felicē esse. ¶ Erit autem ad ea que sic sunt im-
probabilia ducere: idē et qō est in eā q̄ est p̄m naturā z p̄m legē cōtra
rietatē ducere. nā lex opinio plurū est: sapiētes aūt p̄m naturā z p̄m
virtutē dicūt: z ea q̄dē q̄ sunt extra opionē / ex his opz q̄rere locis.

¶ De captionibus nugatiōis z solecismi. Ca. xiij.

A Cur sit nugatō

QUE eo quidē qō est facere nugari: quidnā dicimus nugari /
iam mōstrauimus. omnes aūt hmōi orationes hoc volunt
facere si nihil differat nomen vel orationem dicere. duplex
autem / et dimidij duplum idem est. si ergo est duplū di-

UVA. BHSC. IyR_118_1

midij duplū: erit dimidij dimidij duplum: ⁊ rursum si p̄o duplo duplū dimidij ponatur: ter erit dictū dimidij dimidij duplū. Et putas est concupiscentia delectationis: hec autem est appetitus delectationis: est ergo concupiscentia appetitus delectationis delectationis. Captiones.

¶ Sunt autē omnes huiusmodi orationes in his que sunt ad aliqd quecūq; non solum genera: sed ⁊ ipsa ad aliquid dicuntur: ⁊ ad idem ⁊ vnum assignantur: vt appetitus alicuius appetitus: ⁊ concupiscētia alicuius concupiscentia: et duplum alicuius duplum: ⁊ duplum dimidij: ⁊ quorūcunq; substantia cum non sint aliquid omnino quorum sunt habitus aut passiones: aut aliquid hmōi in oratione eoruꝫ cum designantur p̄dicatorum de his: vt impar est numerus medīū habens: est autem numerus impar: est ergo numerus numerus medium habens. Et si simum caultas naris est: est autē naris sima. est igitur naris naris caua. In qb⁹ fit nugatio.

¶ Videtur autem facere non facientes qñq; eo q̄ non interrogant si significat aliquid per se dictum duplum: aut nihil. ⁊ si aliquid significat: vtrum idem aut diuersum. sed conclusionem dicunt statim: ⁊ videtur eo q̄ nomen idem sit: idem ⁊ significare Cap. xii. B

¶ Solecismus autem quale quid est: dictū est p̄ius. est aūt hoc ⁊ facere ⁊ non facientem videri ⁊ facientē non videri: quēadmodū. Cecilianus dicit: si ficus sit secunde declinatiōis: nā q̄ dicit ficus naturas solecismū quidem facit ꝑm illum: non videtur aūt pluribus. qui vero ficos videtur q̄dē: sed non facit solecismū. eodem mō si finis solū masculini generis ꝑm quosdā. nam q̄ dicit certam solecismum facit ꝑm eos. Solecismus.

¶ Manifestum ergo qm̄ ⁊ ars quedā hoc pōt facere: eo q̄ multelofones nō colligentes solecismū / videtur syllogizare: velut in elēchis. Cur apparēt solecismi. C

¶ Sunt autem pene oēs apparentes solecismi ꝑm hoc: ⁊ quando casus neq; masculinum neq; femininū indicat: sed neutrum. nam hic masculinum significat: hec autem femininū: hoc vero vult quidē neutrum significare. sepe autez significat ⁊ illa vtraq;. vt q̄d est hoc calliope / lignū coiisc⁹. Ergo masculini ⁊ feminini differūt casus oēs: neutri autem alij quidem / alij autem non. Dato ergo hoc: sepe syllogizant quasi dictum sit hunc. silr autem ⁊ alium casum p̄o alio ponunt. Paralogismus autem fit / eo q̄ cōmune sit plurium casuum. nam hoc significat quādoq; quidem hic / quandoq; autē hūc. Oportet autem vicissim significare cum est quidem hic. cū esse autē hūc: vt est coiiscus esse coiiscum. ⁊ in femininis similiter nominibus. nā in oibus silr est / ⁊ esse: facietē dīam. D

¶ Et quodāmodo similis est in his solecismus elenchis qui dicūtur ꝑm q̄ non similia similiter. nā quem admodū illic in rebus: sic hic in nominibus accidit solecismum facere: nā hō ⁊ albū ⁊ res ⁊ nomen est. Manifestū ergo qm̄ ⁊ solecismus tentandū est ex his dictis casib⁹ syllogizare. Spēs igitur sunt he cōtentiosarū disputationū / ⁊ partes specierū ⁊ modi: qui dicti sunt. Solecismus similis figure dictionis.

¶ De occultatiōe sophistica ⁊ cōtra molestē rndētes. Ca. xiiij.

UVA. BHSC. IyR_118_1

A primus locus.

Iffert aũt non parũ si ordinentur quodãmodo ea q̃ circa interrogationem sunt: vt lateat velut in dialecticis. Deinceps ergo ex his q̃ dicta sunt hoc primũ dicendũ. ¶ Est ergo ad redarguẽdũ vnũ quidẽ longitudo. difficile. n. simul multa cõspicere. ¶ Ad longitudinẽ vero prędictis elemẽtis vtendũ

2.locus. vnum vero festinatio. nam tardiores minus prędidẽt. est autem ira

3.locus. & contentio. conturbati enim minus possunt conseruare oẽs. ¶ Ele

B 4.locus menta autem ire. & manifestum eum facere qđ velut inuste agere / et

5.locus, circa omne impudentẽ esse. ¶ Amplius permutatim interrogationes ponere: siue ad idẽ plures aliquis habeat interrogationes siue & qñ sic & qñ nõ sic. Simul ei accidit aut ad plura aut ad ꝓria facere

6.locus obseruationẽ. ¶ Omnino aũt omnia q̃ ad occultationem dicta sunt prius: vtilia etiã ad cõtentiosas disputationes. nam occultatio est la

C 7.locꝰ. tendi causa. latere autẽ causa fallacie. ¶ Ad abnuentes autẽ quecũ qꝫ opinantur esse ad orationẽ ex negatione interrogandum velut cõtrarium velit: aut etiã ex equo interrogationẽ facere. nã cũ dubiũ est

8.locus quid velit sumere: minus insolescũt. ¶ Et quando in partibus dedit aliquis singula inducenti: vniuersale sepe nõ interrogandũ: ſz vt cõcesso vtendũ. nã qñqꝫ putant & ipsi dedisse & audientibus videntur

9.locus ꝓpter inductionis memoriã: velut nõ interrogata stulte. ¶ Et in q̃

D bus non nomine significat vniuersale: ſz similitudine vtendũ ad hoc

10.locꝰ. qđ expedit. Latet eñ similitudo plerũqꝫ. ¶ Et ad sumendũ ꝓpositionẽ: cõtrariũ opꝫ cõparando interrogare: vt si debeat sumere: qñ opꝫ patri per oĩa obedire: vtrũ per oĩa oporteat obedire parentibus aut ꝑ oĩa inobedire: etiã sepe multa: vtrũ multa ꝓcedẽda aut pauca. magis eñ si necesse est videbunt esse multa. Appositis eñ iuxta se

11.locus cõtrarijs: maiora minora videntur / & petora: & meliora hominibus. ¶ Valde eñ & sepe facit videri redargut / maxime sophistica calumnia interrogantiũ: cum nihil syllogizantes non interrogationem faciunt de hoc qđ vltimum est: sed conclusiue dicunt velut syllogizan-

12.locꝰ. tes: non ergo hoc & hoc. ¶ Sophisticum autem & posito inopinato postulare hoc quod videt respondere / ꝓposito eo qđ videtur ex principio: & interrogationẽ talium sic facere vtrũ tibi videtur? Necesse est eñ si sit interrogatio ex quibus syllogismus est: aut elenchum / aut inopinabile fieri. cum dat quidem elenchum: cũ aũt non dat: neqꝫ da

13.locꝰ. re videtur: fatetur inopinabile. cũ vero nõ dat: videri aũt fatetur elenchi simile. ¶ Amplius quẽadmodũ in rethoricis & in elenchis similiter ꝓprietates considerandũ: aut ad ea q̃ ab eo sunt dicta / aut ad eos

14.locꝰ quos confitetur bene dicere vel facere. ¶ Amplius ad eos qui videntur huiusmodi: aut ad similes vel ad plures vel ad oẽs. ¶ Et sicut respondẽtes sepe: cũ redarguũtur faciũt dupler: si debeat accidere redargutio. Et interrogãtibus vtẽdũ qñqꝫ hoc cõtra instantes: si sic quidẽ accidit: sic aũt non: qñ sic sumpserit, vt Cleophon facit in mã

15.locus

UVA. BHSC. IyR_118_1

drobulo. Opz etiã abstinẽtes ab oratione reliqua argumẽta diuidere: ⁊ respondẽti (si presenserit) prius instare ⁊ predicere. ¶ Argumentandũ aũt qñq; ⁊ ad alia ab eo qđ dictũ illud extra sumentibus: si nõ ad hoc qđ ꝓpositũ est habeat aliquis argumentari: qđ Lycophron fecit proposito ex arte lyrã extollere. ¶ Ad eos aũt q̃ exigunt ad q̃d conant̃ argumentari: qꝛ videtur oportere assignare causaz. Dictis autem quibusdam obseruabilius: qđ vniuersaliter accidit in elenchis dicere cõtradictionẽ. quoniã qđ affirmauit negare: aut qđ negauit affirmare. sz non quoniã cõtrariorum eadem disciplina: aut non eadem. Non oportet autem cõclusionem vt ꝓpositionem interrogare: quedam autem neq; interrogandum est: sed vt concessis vti. Ex quibus ergo interrogationes: ⁊ quomodo interrogandum ĩ agonisticis exercitationibus dictum est.

Cleophon. 16. loc⁹. Licophron 17. loc⁹.

E

¶ Primi. Elenchorum sophisticoꝝ. Arist. finis.

¶ Elenchorum sophisticorum Aristotelis Liber secundus.

¶ De vtilitate cognoscendi Sophisticas orationes / ⁊ apparatu ad eas diluendas. Cap. Primũ.

De responsione autẽ / ⁊ qũo opz soluere / ⁊ quid / ⁊ ad quã vtilitatem huiusmodi orationes ꝓsunt: post hec dicendum. ¶ Utiles ergo sunt ad phiam ꝓpter duo. Primum quidem: quoniam he q̃ sepe ꝑm dictionem fiunt / melius se hr̃e faciũt ad id quotiens singulum dicitur / ⁊ ea que sil'r / ⁊ que aliter reb⁹ accidũt ⁊ in nominibus. Scđm aũt ad eas que per seipsum inquisitiones fiũt: nam qui ab alio facile paralogizat̃ ⁊ hoc nõ sentit: ⁊ ipse a se hoc patitur sepe. Tertiũ vero ⁊ reliquũ adhuc ad gloriã: eo ꝙ circa oĩa exercitatus eẽ videbit̃ / ⁊ in nullo inexpertez se habere. Nã ⁊ si is qui cõicat orationibus vel opinionibus spernit orationes: cũ nihil habeat determinare de vitio eaꝝ: suspitionẽ dat qđ vr̃ insolescere: nõ qꝛ veruz sit: sed ꝓpter imperitiã. ¶ Rñdentibus aũt qũo obuiandum sit ad hmõi orationes / manifestũ: siquidẽ recte diximus prius ex quibus sunt paralogismi: ⁊ si (q̃ inquirẽde sunt) superabundantias sufficienter diuisimus. ¶ Nõ est aũt idẽ sumentẽ orationẽ videre et soluere vitiũ / ⁊ interroganti posse obuiare velociter. ¶ Nã qđ scimus / sepe trãspositũ ignoram⁹. Amplius autẽ quẽadmodũ in alijs. id qđ citi⁹ et tardius ex exercitatione fit magis: sic et in orationibus se habet. Quare si manifestũ nobis sit / impediti aũt simus. priuamur opportunitatib⁹ frequẽter. Accidit aũt qñq; sicut ĩ linearũ descriptiõib⁹ nã ⁊ illic soluẽtes qñq; ꝯponere verũ nõ possum⁹: sic ⁊ ĩ elenchꝭ. nã sciẽtes ꝑz quid orationẽ accidit ꝯnectere: soluere orationẽ ĩpotes sum⁹.

Intẽtio

Utilitates.

De apparatu.

UVA. BHSC. IyR_118_1

¶ De apparenti solutione respondentis. Cap. ij.

A primus locus. PRimũ ergo sicut syllogizare dicimus / ꝓbabiliter quandoq; magis q̃ vere / eligere oportere: sic ⁊ soluendũ qñq; magis probabiliter q̃ ꝑm verũ. Oino em̃ ꝯ litigiosos obstandũ: nõ vt arguentes / sed vt apparentes. Non em̃ dicimus eos syllogizare: q̃re vt nõ videant̃ corrigẽdi sunt. naz si est elẽchus cõtradictio non eq̃uoca ex q̃busdã: nil opus est diuidere ad amphibologiã ⁊ eq̃uocationẽ. non eniz facit syllm: sz ob nil aliud cõdiuidẽ
2. locus. dũ est: nisi qꝛ cõcl'o vr̃ elencho sil'is. ¶ Non ergo redargui / sz videri redargui cauẽdũ est: eo ꝙ interrogare amphibologiã ⁊ que sunt ꝑm eq̃uocationẽ ⁊ quecũq; alie hmõi obtusiões / q̃ ⁊ vex elẽchum obnubilãt / ⁊ redarguentẽ ⁊ non arguentẽ dubiuz faciunt. Nam (qꝛ lz in fine cõclusi non qđ affirmauit negare dicere: sz equiuoce: aut amphibologice: ⁊ si qđ maxime cõtingit in idẽ ferat) dubium si redargutus est: dubiũ eniz si ꝟa dicit nũc. Si vero diuidẽs interrogasset equiuocũ aut amphibolũ: nõ dubius eẽt elenchus. qm̃ requirũt (nũc q̃dem
3. locus. min⁹: prius aũt magis) litigiosi: vel sic / vel nõ rñdere eũ q̃ interrogatur: fieri põt. ¶ Nũc aũt qꝛ nõ bñ interrogãt inq̃rẽtes: necesse est vt
